

**Praxis chirurgica rationalis seu observationes chirurgicae. Decas prima
[-secunda] / [John Muys].**

Contributors

Muys, Jan, 1654-

Publication/Creation

[Leyden] : [P. vander Aa], [1684]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/z7cxdzs9>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



M. S. MUYS.—PRAXIS CHIRURGICA RATIONALIS.—1683.







Jr

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark

MUYS, J.




32.

E. LONG
429

656141A

VI

JOH. MUYS
Praxis Chirurgica
Rationalis.



LUGD. BATAV.
Apud PETRUM VANDER AA. 1683.



R
F

JOANNIS MUYS

Medicinæ Doctoris Arnhemiensis,

PRAXIS CHIRURGICA
RATIONALIS

Seu

Observationes Chirurgicæ secundum
solida veræ Philosophiæ funda-
menta resolutæ.

DECAS PRIMA.



LUGD. BATAVOR.

Apud PETRUM VANDER Aa;

M D C L X X X I V.

OF LONDON MEDICAL
SOCIETY

MEMOIRS OF THE
LONDON MEDICAL
SOCIETY

FOR THE YEAR 1781.

MONTHLY JOURNAL

OF MEDICAL
SCIENCE AND
PRACTICE

*Nobilissimis, Amplissimis,
Prudentissimisque*

D. D. SENATORIBUS
SUPREMÆ CURIÆ DUCA-
TUS GELRIÆ AC COMI-
TATUS ZUTPHANIÆ.

D. D. C A M E R Æ
RATIONUM EJUSDEM DU-
CATUS GELRIÆ AC CO-
MITATUS ZUTPHANIÆ
PRÆFECTIS.

EORUMQUE
GRAPHIARIJS ET SE-
CRETARIO.

Mirantur multi ,
quod imperfecta
adeo permaneat
Chirurgia hoc tempore ,

* 3 quo

D E D I C A T I O.

quo veram philosophiam
paucis abhinc annis tanta in-
crementa sumsisse videmus;
sed statim mirari desinent u-
bi attente in animo suo me-
cū volutaverint simplicissi-
ma, clarissima, ac ab uno quo-
que admissa principia, qui-
bus innititur philosophia,
cū è contra principia, quibus
ars chirurgica super struitur,
sint intricata, obscurissima,
imo, ut verum dicam, falsi-
ssima, atq; ita, quicquid su-
perædificatur, mole ruit sua.

Ego igitur, qui à teneris
annis a Patre meo Medico-
chirурgo medicā simul ac
chi-

D E D I C A T I O.

chirurgicâ cognitione im-
butus sum , oculo philo-
phico aspiciens periculosos
miseris ægrotis errores , in
quos quotidie incidunt non
tantum Chirurgi per inuti-
lem theoriam ac falsa fun-
damenta seducti , sed etiam
magni nominis & proiectæ
fatis ætatis Medici , ego in-
quam , Christianâ conscien-
tiâ impulsus , praxin Chi-
rurgicam rationalem hic lo-
ci scribere secundum incon-
cussa solidæ philosophiæ
principia mihi proposui ,
eamque totam per particu-
lares casus à me in praxi

DEDICATIO.
quotidiana observatos ab-
solvere.

Jam dudum dixit Hippocrates , quod Medicus philosophus sit Deo æqualis , & certum est medicinam & Chirurgiam à philosophia separatam non magis accrescere posse, quam avulsum ab arbore rānum. Oportet ergo, ut philosophia inseparabilis sit Medicina ac Chirurgiæ comes , & sic his in artibus forsan non minus utilitatis afferet , quam quondam ars imprimenti inventa attulit in literis , pulvis tormentarius im-

D E D I C A T I O.

in bello , ac acus nautica in
navigatione , quæ tria in-
venta rerum faciem ac sta-
tum in orbe terrarum non
parum mutarunt in me-
lius.

Non autem hic commen-
do philosophiam Aristote-
licam , quandoquidem illa
vana est garrulaque , ac
Medico prorsus inutilis ,
quamobrem Paulus etiam
voluit in Epist. 2, 8. ut Co-
loßenses ab eâ sibi caverent ;
sed forsitan aliquis objiceret
mihi , illius philosophiæ se-
ctatores sæpè pluris fieri
apud populum quam solide

* 5 do-

D E D I C A T I O.

doctos, rerum hæc est res,
quæ parum movet me, qui
laudes ac vituperia vulgi
valde parvi facio; quoniam
jam dudum novi, quam si-
milis sit fama fluvio quile-
via attollit, graviaque &
solida mergit ac deprimit.

Philosophia vero, quam
hic intelligo, est ea, cuius
principia nobis aperuit
Clarissimus Cartesius, vir
incomparabilis, sed nimis
intempestiva morte nobis
ereptus, qui, rebus cognos-
cendis incumbens, quamdiu
dubium aliquid sub erat,
judicium suum caute sus-
pen-

DEDICATIO.

pendebat , nec judicabat
nisi de rebus prius clare ac
distinctè perceptis.

Atque hæc est res maxi-
mi momenti, ideoque Car-
tesius eam in fine quartæ
meditationis serió commen-
dat strenuo veritatis secta-
tori, ac vult, ut attentâ &
sæpius iteratâ meditatione
efficiat , ut , quoties usus
exigit , recordetur : quoties
de rei veritate non liquet , à
judicio ferendo esse absti-
nendum , ut ita habitum
quendam non errandi ac-
quirat , quia in re , ut Car-
tesius ibidem loci ait ,

* 6 maxi-

D E D I C A T I O .
maxima hominis perfectio
consistit.

Verum enim vero jam-
jam audire videor quosdam i-
vetustati, quam veritati ma-
gis addictos, acriter claman-
tes ; quod Hippocrates &
Galenus tanti viri fuerint ,
ut mirum foret , si jam tem-
poris aliquid detegeretur ,
quod illi nesciverint ; his
vero respondeo , quod con-
cedam , Hippocratem &
Galenum multum scivisse ,
sed simul addo , quod jam
temporis nos omnia , quæ
illi noverunt , ex libris eo-
rum possimus addiscere , &
quod

D E D I C A T I O.

quod præterea habemus
experientiam tot seculorum
post obitum ipsorum elap-
forum , quæ multis utili-
bus inventis tam anatomi-
cis quam chymicis aliisque
nos ditarunt. Atqui in hoc
aliquatenus acquiescere po-
terunt, sed juvenem , qui
annuam telluris circa so-
lem circumvolutionem tri-
gesies nondum confexit ,
illum inquam , juvenem
tanta moliri , hoc est ,
quod devorare nequeunt ,
multò minus concoquere
in debili suo stomacho.

Verum an illi nesciunt ,

* 7 quod

D E D I C A T I O.

quod puerulus sexennis ,
règulâ ac circino instru&us,
multo facilius & melius li-
neam circumque ducere
possit , quam prudentissi-
mus senex ope horum in-
strumentorum destitutus ?
eodem modo juvenis Me-
dicus , chymicis ac anato-
micis experimentis locuple-
tatus , ac secundum solidam
philosophiam conceptus
suos dirigens , multò felicius
in veritatum medicarum ac
Chirurgicarum indagine
versabitur , quam expertis-
simus senex , philosophia
verâ destitutus.

Et

DEDICATIO.

Et si quis sit, qui dubitat adhuc de eo, quod demonstrare volui, illum perscrutari vel saltem pervolare jubeo sacra volumina, illic namque inveniet prærogativam juvanum præsenibus hoc tempore futuram, nam Deus ait (ut citat Petrus hunc locum ex Joele Propheta in act. Apost. 2, 17.) *juvenes vestri visiones videbunt & senes somniabunt somnia.* Jam autem unicuique notum est, quam longe visus in certitudine ac distincta cognitione superet somnia.

Si

D E D I C A T I O.

Si qui tandem sint, qui pu-
tent adhuc sapientiam nu-
quam reperiri, nisi in sene-
cute, illis loco senii, quo
ego, utpote juvenis, de-
stituor, obtrudo senium
temporis præsentis, quo hæc
scribo, quandoquidem nul-
lum præcedens tantam se-
neçutem possidet.

Deniq; Nobilissimi, Am-
plissimi, atq; prudentissimii
Domini, si quid meden-
do ac meditando unquam
profeci, si quid novi &
boni in arte chirurgica ex-
cogitavi & expertus sum,
id omne acceptum referto
dul-

D E D I C A T I O.

dulcissimo otio, quo mihi
jam per aliquod temporis
intervallum frui licuit, o-
tium autem hoc profici-
citur ex pace, pax verò ex
bona Re-publica, sed bo-
na Res-publica consistere
nequit sine continuo justi-
tiæ exercitio, in quo vos
affidue desudatis quantâ po-
testis industriâ, ideoque vo-
bis, quibus debeo, hunc li-
bellum in animi gratiæ testi-
monium dico consecroque,
ipsumque ad fontem, unde
primus promanavit, redu-
co, etiam atque etiam ro-
gans, ut eundem benigne

ac-

D E D I C A T I O.

acciapitis, quandoquidem
hoc solum contra venenii
feros invidorum i^tus atque
morsus pro vero antidoto
mihi sufficiet, qui ex animo
precor, ut vitam per lon-
gam annorum seriem feli-
citer ac prosperè transigatis,
tandemque permaneo

*Nobilissimæ, spectatissimæque vestræ
Amplitudini*

devotissimus

Arnhemii
Ao. 1683.
die 8.
April.

JOAN. MUYS.

PRÆFATIO.

Illic loci, ubi natale simiarum solum reperitur, homines esse dicuntur, qui prius simias quidem posse loqui, sed easdem adeo prudentes existere, ut illud dissimulent & nolint, metuentes scilicet, ne alias ad laborem subeundum ab hominibus compellerentur.

Eodem modo viros invenire licet satis ingeniosos ad aliquid scribendum, quod publica luce fruimereatur, sed iidem saepius absterrentur propter laborem, qui abillis post edita scripta plerunque impendi debet refutandis maledicorum morsibus ac calumniis, nec omnino sine ratione, nam quid intolerabilius homini, qui gemmis auroque tempus pretiosius existimat, quam ut illud tam inutiliter terere cogatur.

Sed datur ad huc via, per quam tuto incedere licet; possumus serio meditari, & cogitata nostra chartæ mandare, in eum nempe finem, ut ingenium nostrum quotidie magis magisque excolamus, & in indaganda veritate exerceamus, possumus

PRÆFATIO.

sumus præterea scripta nostra publico communicare , ut ita , quasi post tabulam cum Apelle delitescentes , audiamus liberum aliorum judicium , quod de scriptiss nostris ferunt , atque ut errata , quæ ibi ab aliis forsan animadvententur , corrigamus , & hoc pacto etiam in cognoscenda veritate proficiamus .

Atque interim tamen , his non obstantibus , meritò formidatum laborem declinare poterimus , si firmiter nobis proponamus forti ac generoso animo contemnere maledicorum latratus , ut pote non responsione tantum , sed & irâ nostrâ indignos . Atque hæc est via , per quam mihi indecere , placuit , dum observationes scribebam , quas non ex aliis congregavi , quandoquidem illi casus plerunque referunt , insolitos & valde raros , qui nullius ferme usus in Medicina esse reperiuntur , & non raro plures , easque satis necessarias circumstantias omittunt ; sed omnes , quas cernis , observationes apud ægros ipse collegi , ad singulas , & quidem minimas circumstantias tam circumspecte , quam potui , attendens . Pra-

PRÆFATIO.

Præterea casus , quos narro , sunt
ales , ut quotidiie occurrant , ac idcirco
ad praxin felicius exercendam non parum
conducant , ad quam phænomenorum ibi-
dem sese exhibentium rationes præcipue
etiam dirigere volui , easque , obscuris
terminis vitatis , modo tam perspicuo pro-
ponere conatus sum , ut ab unoquoque
philosophia pariter , ac Medicina vel le-
viter tantum imbuto facillime possint in-
telligi.

Scripsi autem non nisi iis Philiatris ,
qui solidam Philosophiam sectantur ,
quique ea propter habiles ac parati sunt
ad præjudicia ex mente sua proscribenda ,
nec etiam à quoquam alio me lectum iri
unquam spero .

Accipe igitur primam Observationum
mearum Chirurgicarum decadem , quam
plures in posterum sequentur , quando-
quidem mihi videor tempus in nulla re
melius collocare posse , quam in institu-
tione mei-ipsius , quæ meus in scribendo
solus Scopus est , & erit .

Agens de inflammatione vel erysipe-
late

PRÆFATIO.

late acidum tantum adduco , quoniam
in praxi ad illud præcipue attendendum ,
sed interim non nego illud acidum cum
aliis particulis fermentationem exercere:
& in motum cogi solitò vehementiorem.

Bene-vole Lector,

Medullitus tunc.

JOAN. MUYSS.
Med. Dr.

INDEX OBSERVATIONUM PRIMÆ DECADIS.

OBSERVATIO I.

De ophthalmia à fungo inducta. pag. 1.

OBSERVATIO II.

De usu fonticuli ejusque operandi ratio-
ne. pag. 7.

OBSERVATIO III.

De Gangræna. pag. 13.

OBSERVATIO IV.

De sphacelo pedis. pag. 18.

OBSERVATIO V.

De Erypelate cruris. pag. 25.

OBSERVATIO VI.

De ulceribus cruris varicosis. pag. 27.

OBSERVATIO VII.

De vulnera oculi. pag. 40.

OBSERVATIO VIII.

De tumore suppurato nec non de carie ossis
pag. 58

OBSERVATIO IX.

De fractura tibiæ. pag. 74.

OBSERVATIO X.

De Dislocatione humeri. pag. 79.

INDEX OBSERVATIONUM
SECUNDÆ DECADIS.

OBSERVATIO. I.

De punctura nervi. pag. ii

OBSERVATIO. II.

De Dolore capitis. pag. 7

OBSERVATIO. III.

*De contractu tendinis post fracturam ossis
humeri.* pag. 13

OBSERVATIO. IV.

De vena Secta. pag. 166

OBSERVATIO. V.

De Crepitu tendinis. pag. 233

OBSERVATIO. VI.

*De hæmorrhagia ex ulcere tibiæ varri
cofo.* pag. 255

OBSERVATIO. VII.

De ingenti contusione brachii. pag. 277

OBSERVATIO. VIII.

De Ganglio in manu. pag. 344

OBSERVATIO. IX.

De globulo mobili inferioris labii. pag. 377

OBSERVATIO. X.

*De affectu oris nostrato vulgo nuncupatum
de Water-kancker.* pag. 391

JOH. MUYS
PRAXIS CHIRURGICA
RATIONALIS.

OBSERVATIO I.

De Ophthalmia à fungo inducta.



nno 1680 , die primo
Augusti puer duodecim
annorum, corpore sanus,
inter ludendum , fumum
ex orbiculari vel crepitu
lupi (qui bellico idio-
mate dicitur *een boevyst*) ab alio puerō
permisum oculis suis excepit , unde spa-
tio duarum horarum vix elapso palpe-
bræ adeo intumescebant, ut oculos ape-
rire nequirent ; oculi toti rubebant non
liter , ac si panno rubicundo fuissent
ooperti , & talis quoque apparebat in-
erior palpebrarum superficies, ac dolor
intensus aderat. Patiens per biduum
emedia neglexit , ac interea prædictæ

A sympto-



2 PRAXIS CHIRURGICA

symptomata increaserant, & praeterea a continuo erat lachrymarum acrium effluxus.

Res miranda sane, quam nusquam me legisse memini; sed quo pacto fumus ille horrenda adeo phænomena potuit excitare? Orbicularis scilicet exiguo tantum foramine perforatus à manu pueri undique comprimebatur extrinsecus, atque ita particulas volatiliores & minus cohærentes intus foras urgabat, quæ omnes simul exire non valentes aliæ alias propellebant, atque ita multo celerius agebantur; non aliter ac videmus aquam ex syringa celerrime profilire, quando pistillum non nisi leviter ac tarde tantum adigitur, aut sicut cernimus, latera follis molliter tantum compressi, dum aér interea ex tubo illius non sine impetu propellitur.

Sed si forsan aliquis hic interroget, qualesnam sint illæ particulæ, illi respondeo, ipsas esse acido-corrosivas ac utrinque acriter scindentes, nam tales particulas acidæ orbiculari inesse, colligerem

ere licet ex illius usu in sistendo san-
guine, quandoquidem, cum frustum
orbicularis imponitur vasi sanguifero
ulnaro, sanguis sistitur partim ob
articulas ramosas ac sibi invicem im-
licitas vas apertum obturantes, partim
particulas acidas orbicularis, quæ
anguinem coagulant, haud secus ac lac-
oagulatur ab acido infuso.

Hæ igitur particulæ acidæ magna vi-
x orbiculari expressæ profunde pene-
tarunt in poros oculorum & superficie
terioris palpebrarum, & sic lateribus
scindentibus vehementiori motu a-
itabant fibrillas nervorum ibidem dis-
erorum, unde doloris sentiendi occa-
o menti dabatur, cui dolori etiam suum
ontribuebat distensio, quæ oriebatur
x eo, quod vapores soliti per poros a
articulis orbicularis obstructos exire
on possent, ac proinde intra tubulos
membranarum colligebantur sub forma
umoris, qui brevi temporis spatio ace-
cebat à particulis acidis orbicularis tan-
uum à fermento, sicut videmus fer-

4 PRAXIS CHIRURGICA

mentum acidum in parva quantitatee sumtum totam massam farinaceam in suam naturam vertere.

Hæ igitur particulæ acidæ utræque laterum suorum acie validius impellentes fibrillas nervorum, ciebant in illas partes copiosiorem solito spirituum animalium influxum, unde fiebant ibidem leves quædam contractiones, quæ tamen sufficiebant, ut impedirent aliquatenus circulationem sanguinis & humorum pertubulos illarum partium circulantium, nam adjuvabantur in hoc negotio à vaporibus intra tubulos illarum partium in aquam conversis.

Sanguis in vasis capillaribus contenus & humores in tubulis, dum ita stagnabant, etiam acescabant modo prædicto & coagulabantur, unde adhuc magis inepti reddebantur ad circularium, atque hinc jam satis manifestum evadit, unde ortum traxerit rubor oculorum & palpebrarum, harumque irritumescensia.

Sed unde continuus ille lachrymarum acrius

acrium effluxus? res ex prædictis facile deducitur; scilicet particulæ quædam acidæ orbicularis intrarunt poros glandularum & vasorum lachrymalium, ibi demque leves quasdam convulsiones irritatione sua excitando, lachrymas continuo expellebant; sed unde solito acutiores sentiebantur? nullus fere mortaliū est, qui, ipso gustu indice, nesciat lachrymas esse falsas, quapropter illæ in transitu effervescentiam quandam subitaneam inibant cum particulis acidis ibi hærentibus.

His attento animo paulisper pensatis mirari desino, quod fumus ille tantorum malorum causa extiterit, simulque jam non difficilis videtur medela.

Scio namque, quod lac fervens, ab acido coagulatum, iterum solvatur intra horæ spatiū, si digeratur cum sale aliquo idoneo; scio etiam quod acetum dulcescat ab injectis oculis cancri, ut & à lithargyrio infuso; novi etiam effervescentiam, quæ concitatur ex concursum olei tartari falsi cum oleo acido vitrioli.

A 3

Atque

6 PRAXIS CHIRURGICA

Atque ex his concludo, sanguinem
ab acido coagulatum iterum fluidum
reddi & acidum temperari posse ab co-
culis cancrorum, lithargyrio & multi-
aliis medicamentis multum salis conti-
nentibus, qualem exhibet vitriolum al-
bum, gummi ammoniacum, sagapem-
num, galbanum &c:

Ego igitur tertio laesione die ad puer-
um vocatus instillavi calide in oculum
guttas aliquot alicujus collyrii, quod ex
vitriolo albo, aliisque cum aquis conve-
nientibus mixtis componitur, & super
oculum applicui emplastrum ex gummi
ammoniaco, galbano, saga peno, li-
thargyrio &c: conflatum & super lira-
teum extensum. Hæc ego quotidie
bis iteravi, & puerum in loco tenebro-
so retineri jussi, atque ita æger intrin-
duas septimanas pristinam sanitatem in-
totum recuperavit.

O B S E R

OBSERVATIO II.

*De usu fonticuli, ejusque operandi
ratione.*

Puella tredecim annorum jam per multos annos laboraverat dolore & rubore oculorum, ac palpebrarum tumore, earumque post somnum absolutum coalitu ab humore viscido in materiam resinæ non absimilem concreto; hæcque ophthalmia jam per longum temporis intervallum à duobus Chirurgis impugnata fuerat, expugnata minime.

Ego tandem accersitus judicavi morbi causam esse sanguinem nimis acidum, ac fermentum ejusdem naturæ à sanguine illo productum & poris oculorum ac palpebrarum firmiter inhærens, ibidemque efficiens, ut sanguis in vasis capillaribus & humores in tubulis magis acescerent, coagularentur, & stagnarent, nam ex his paucis prædicta phænomena non difficile est deducere.

A 4

Ego

8 PRAXIS CHIRURGICA

Ego porro mihi firmiter persuassis
puellam brevi sanari posse, si modo fer-
mentum illud acidum temperari ac ex
poris oculorum ac palpebrarum possent
expelli, sanguisque ille acidus ex corpo-
re deturbari; quapropter usus sum col-
lyrio, quod constabat ex medicamentis
multum salis continentibus, ac præte-
rea emplastrum ex similibus paratum
super oculos applicabam.

His autem parum profeci, nam si-
mul ac portio quædam fermenti illius
temperabatur ac eluebatur, mox iterum
ex sanguine novum adducebatur in lo-
cum abeuntis, qua de causa ægrotulam
singulis septimanis bis purgavi per al-
vum, sed frustra; tandemque effatum
Clarissimi Sylvii inveni verissimum,,
quod habetur praxeos libro primo, ca-
pite secundo, titulo X X V I, nempe
quodvix dentur purgantia per alvum,,
saltem nobis nota, quæ acidos humores
ex sanguine educunt.

His ita constitutis tempus erat, ut
animum ad meliora media invenienda
appli-

applicarem, & dum in hoc occupatus
eram, opportune veniebat mihi in men-
tem sequens experimentum.

Nimirum si habeas compositum ex
aqua & oleo inter se mixtis, & si unum
ab altero separare conēris, tunc char-
tam prius oleo inungere oportet, si ve-
lis, ut oleum per chartam transcoletur,
remanente supra chartam aqua; sin a-
nimus tibi sit, ut aqua transcoletur, oleo
remanente, tunc charta prius aqua ma-
defieri debet.

Sed quæ causa hujus phænomeni?
pori scilicet in oleo aliter figurati sunt
quam in aqua, ac proinde materia sub-
tilissima mundi, quæ fluit per particu-
las ramosas olei, multum differt ab illa,
quæ trajicit per lubricas & teretes aquæ
particulas; imaginare tibi jam aquam
appellentem ad chartam oleo imbutam,
& facile cognosces illam debere repellere
à materia subtilissima egrediente ex o-
leo in poris chartæ contento, & non
valente ingredi per poros aquæ aliter
dispositos, ut & à materia subtilissima

IO PRAXIS CHIRURGICA

ex aqua exeunte, nec potente intrarre
poros olei in charta hærentis; sed si
oleum properet ad chartam oleo prius
saturatam, tunc materia subtilissima
utrinque similis est, & quæ ab hac parte
egreditur, ingreditur per illam, & vice
versa, & sic oleum appropinquat ad
chartam oleo inunctam, ac per eam
transcolatur, & si forsan particulæ quæ-
dam aqueæ interjectæ huic negotio ali-
quatenus obstarent, illæ removerentur
ad latera & repellerentur.

Hoc experimentum, ejusque ratio-
nem sæpius volvens ac revolvens in ani-
mo meo, tandem in ægrotulæ brachico
secui vulnusculum, quod vulgo fonticu-
lum dicunt, illudque per pisum injectum
& quotidie renovatum apertum serva-
vi; & sic multi humores alias libere per
tubulos brachii circulantes, ob interru-
ptos à vulnere tubulos in fonticulo co-
cervabantur, mutabantur in pus, &
mora sua acescebant, ac instar fermenti
acidi inficiebant poros tubolorum fon-
ticulo vicinorum.

Si jam particulæ quædam amaræ, dulces, aliæque sanguinis corrarentur intrare tubulos, quorum pori repleti erant acido illo fermento, illa repellebantur à materia subtilissima utrobique dissimili, non aliter ac modo explicuimus in citato experimento, ubi vero particulæ acidæ ex sanguine advehabantur, illæ appropinquabant sine repulsa & intrabant tubulas fonticulo vicinos, acidoque fermento infectos, & si quæ particulæ alterius naturæ interjectæ erant, illæ repellebantur à materia subtilissima eadem, quæ efficiebat sua similitudine, ut particulæ acidæ tubulos acido imbutos intrarent, haud secus, quam magnes ad magnetem accedere cernitur ob particulas striatas, quæ ex uno magne exeunt, alterum sine offensa ingrediuntur, & sic aërem omnem intermedium excludunt.

Atque hoc pacto feliciter consecutus sum, quod purgationibus per alvum ante frustra tentaram; nam sanguis quotidie à magna acidi portione per fonti-

A 6 culum.

12 PRAXIS CHIRURGICA

culum expurgabatur, idque eo melius succedebat, quoniam interea temporiss per exterius imposita acidum fermentum temperabatur & ex poris oculorum & palpebrarum eluebatur, & porii nimis ampliati & distorti per blandas astringentia ad naturalem statum reducebantur; ac hoc ultimum negotium executus sum cataplasmate parato ex sola argentina in aqua cocta admollietim; nam argentina continet in se multum salis volatilis, quod prius avolans ex cataplasmate, fermentum acidum temperabat ac ex poris eluebat, particulæ verò crassiores & astringentes, quas præter sal volatile possidet argentina, ultimo egrediebantur, & poros oculorum & palpebrarum blande astringebant, eodem fere modo, quo videmus cinnamomum & nucem myristicam in diarrhæa sale suo volatile & aromatico prius temperare & eluere ex poris intestinalium acidum & irritans fermentum, & post particulis crassioribus astringere blanda vi poros intestinalium & vasorum.

Atque

Atque ita hæc ægrotula , vix uno
tempore à vulnere inficto elapso , inco-
fermen- tium evasit & permansit , ac eadem ra-
s oculo- trione plures post hanc puellam pro vo-
& pon- to sanavi.

OBSERVATIO III.

De Gangræna.

Anno 1680 , die 7 Septembris fæ-
mina sexaginta annorum in dorso
mammilla & brachio sinistro multis ve-
siculis summè dolentibus & aquam lim-
pidam continentibus subito correpta
fuit , ac interea bene comedebat , nec
intrinsecus ullum sentiebat incommo-
dum , quamobrem per biduum remedia
neglexit , quo tempore ego accersitus
vesiculas aperui , & cutim ac carnem
subjectam inveni nigram & gangræna
affectam.

Scilicet fermentum summè acidum
& corrosivum delitescebat immotum &
quidem valde profunde in potis istarum
partium , & quamdiu ita jacebat immo-

A 7 tum ,

14 PRAXIS CHIRURGICA

tum, non poterat inferre dolorem, nam
dolor fit à motu solitò vehementiore
fibrillarum nervorum ; corpus autem
immotum aliud movere minime potest.

Sed quam primum fermentum illuc
acido-corrosivum ex poris suis expelle-
batur ab humoribus exporis arteriarum
egressis & per tubulos partium circu-
lantibus, statim dolor ingens exortus
est, ac mox coagulabantur humores cir-
culantes & à fermento illo in acidum
corrosivum mutabantur.

Jam humorum istorum coagulato-
rum particulæ magis lubricæ, flexiles
& minores ab humoribus à tergo infe-
quentibus propellebantur usque ad sum-
mam cuticulam, quam, quia ob poros
ab aëre frigido constrictos penetrare
nequibant, elevabant in altum & in for-
mam vesicularum ; particulæ autem
crassiores, ponderosiores & magis aci-
dæ remanebant in fundo, & fibrilliss
istarum partium disrumpabant ita, ut
humores circulantes amplius intrare ne-
quirent, atque hinc gangræna istarum
partium exorta fuit.

Cum

Cum mihi jam manifestum esset, acidum corrosivum hoc in casu peccare, haud difficulter colligere potui, quæ nam adhibenda forent remedia; scilicet illa, quæ noveram temperare acidum; & quia sciebam spiritum nitri & salis acidum à spiritu vini dulcescere, ideo lavamentum confeci ex spiritu vini, cui addidi lithargyrum, oculos cancerorum, spiritum cochleariæ, cretam, aliaque acido resistentia, illudque lavamentum sæpius de die applicui cum linteo quadruplici, ac interea Patiens singulis duabus horis assumebat duo cochlearia ex sequenti Mixtura acidum temperante, ut pars illius per arterias ad partes affectas veniens, externis remediis operem ferret:

R: Aq: melissæ 3ij.

theriacal:

vita Math: aa 3i:

Sacch: perlati 3ij.

Coralli alb: ppr. 3i.

Oculor: cancr: ppr. 3i.

Bezoard: mineral: 3i.

Spir:

16 PRAXIS CHIRURGICA

Spir: Cornu cervi G^{rr}. xx.

Sal: volat: oleosi G^{rr}. xxv.

F. Mixtura.

Lavamento prædicto per unum diem adhibito cum nondum multum proficerem, partes affectas scarificavi, easque lavi unguento ægyptiaco mixto cum spiritu vini, nec formidabam damnum ex aceto, quod ingreditur agyptiacum, quia illud omne in coctione avolat, dum unguentum illud conficitur; præterea partium affectarum margines inunxii oleo de lateribus seu philosophorum, tandemque imposui cataplasma ex ruta, absinthio, dictamno cretico, radice galangæ, calami aromatici, farina lupinorum, hydromelle, aliisque acidum temperantibus.

Prædictis remediis per paucos dies usurpati pus bonum generari cœpit, quod particulis suis blande scindentibus disrupt reliquas intermedias fibrillas, quæ carnem vivam cum mortua adhuc connectebant, & sic partes gangræna affectæ separatae sunt; & tunc applicui there-

herebinthinam communem mixtam
cum unguento basilico & vitello ovi,
unde omnes particulæ viscosæ tolleban-
tur, quæ poros arteriarum & vias tu-
bulorum aliàs obstruere solent, ac sic
continuo particulæ quædam ex arteriis
egrediebantur, ulceribusque adhære-
scebant ob similitudinem superficie-
rum, atque ita omnia ulcera, quæ
valde cava fuerant, brevi carne repleta
conspiciebantur, quo tempore linteal
carpta sicca apposui, & brevi citatri-
cem induxi per ea sola, nam omne pus
aliàs rodens imbibunt, & oscula tene-
rorum vasorum penitus occludunt.

Atque ita nostra ægrota die 21
Octobris pristinæ sanitati in totum re-
stituta fuit.

O B S E R-

OBSERVATIO. IV.

De sphacelo pedis.

Septuagenarius, veneri, Bacchoquae per totam vitam deditus, ac per intervalla frequentia spasmo dextri cruriis correptus, anno 1681, die 22 Februarii in febriculam non adeo vehementem pro lapsus est; die 26 Februarii appetitus prius prostatu redire videbatur, quare æger eo die bis magnam copiam coaguli lactis ebutyrati valde acidi comedit, & eodem die circa nonam vesspertinam conqueri cæpit de ingenti dolore pedis dextri, ac brevi post de ejusdem stupore ac algore; idemque dolor, stupor & algor intra duas horas ascendit usque supra genu. Die 28 Februarii ego accersitus sum, ac scarificans animadverti sphacelum totam manus palmam supra genu ascendiisse, namneousque frigus summum ac pallor adlerrat, & in scarificatione nullum doloris signum apparebat, sanguisque nullius efflue-

effluebat , excepto pauculo sanguinis
valde nigri ac coagulati in una aut altera
parte prorepentis.

Hæc omnia attento animo contem-
plans , judicavi veneris , Bacchique ab-
usum sanguinem hujus virti , ejusdem
subtiliori ac volatiliori portione subla-
ta , nimis viscosum ac acidum reddidif-
fusum ; & cum particulæ quædam acidæ
ac viscosæ hujus sanguinis per circula-
tionem ad pedem dextrum perveni-
rent , illas ibi forsitan substituisse , ac per-
tinaciter postea hæsisse , suâque morâ
majorem acorem ibidem acquisivisse .

Hæc autem particulæ nihil mali
effecerunt , quamdiu immotæ per-
manebant , sed ubi per intervalla
ex latibulis suis pro pellebantur ab
humoribus circulantibus , ac ubi ab
iisdem in motum ciebantur , tunc
spasmi dextri cruris causa extiterunt
irritando & scindendo Fibrillas illa-
rum partium , ac ita occasionem præ-
bendo majori spirituum animalium af-
fluxui .

Con-

Continuatus autem veneris, Bac-
chique excessus in hujus viri sanguine
fere nihil reliquit præter caput mor-
tuum, ut ita loquar, hoc est, nihili
præter sanguinem valde viscosum ac
acidum, qui rite in corde effervescebat,
ac per partes circulare non potuit am-
plius; hic autem sanguis, ubi à febri-
cula illa majorem motum accipiebat,
ac magis solito rare fiebat, poros ar-
teriarum satis aperuit, ut multæ par-
ticulæ acidæ ac viscosæ egredierentur
ac subsisterent, hocque potius contin-
gebat in pede dextro, quam alibi,
quia illic latebat acidum ac viscosum
fermentum, quod acidum ac viscosum
in sanguine contentum ad se appropin-
quare fecit eo modo, quem explicui-
mus in Observatione secunda; & for-
san in causa est magna illa copia coa-
guli lactis ebutyrati valde acidi assumta
quod hoc evenit die 27. Februarii po-
tius, quam aliis diebus.

Particulæ autem illæ acidæ cum vis-
cosis ex poris arteriarum die 27. Fe-
bruarii

ruarii egressæ, ac in tubulis pedis
extri subsistentes ac conjuncta cum
cido fermento inibi antea contento,
aterum suorum acie fibrillis vehemen-
tem valde motum impresserunt, atque
ta dolorem illum produxerunt; Fi-
brillæ vero impetum hunc non diu
ustinere valentes, brevi post pror-
sus dissectæ sunt, ac ita sensus do-
oris, quamvis fieret scarificatio, in
totum sublatus fuit, & Fibrillæ dis-
ruptæ in cincinnos resilientes tubulos
pedis dextri ita obstruxerunt, ut spi-
ritibus animalibus, nec non sanguini
influxus denegaretur, atque huc etiam
fecit coagulatio humorum in pede ab
acido producta; hic igitur detexi ori-
ginem sphaceli pedis dextri; & quod
ille acido ortum suum debeat, confir-
mat sanguis ille niger & coagulatus,
qui inter scarificationem effluxit, nam
nemo nescit sanguinem nigrescere &
coagulari ab acido.

Sphacelus igitur jam transcenderat
genu, ac interea paulo supra partem
spha-

22 PRAXIS CHIRURGICA

sphacelo correptam dolor aderat intollerabilis.

Ego perpendens mecum ægroti dis-solutam vitam anteactam, ipsius sene-ctutem, pedem usque supra genu sphace-lo tactum, & totam sanguinis massam tam graviter affectam, & præterea me-mor, quod nulli senes mortem evase-rant, quos noveram hoc morbo un-quam correptos esse, audacter astan-tibus & amicis ægroti mortem indu-bitatam prædixi, sed tamen interim pollicebar, me dolorem mitigaturum, quantum possem, &, si possibile foret, impediturum, ne malum amplius af-cenderet.

Primo igitur Patientem singuliss duabus horis assumere jussi cochlearia duo mixturæ acidum temperantis & constantis ex aqua borraginis, buglos-sæ, theriacali, saccharo perlato, ocu-lis cancrorum, corallo, bezoardicco minerali, aliisque acidum infringen-tibus & viscosum attenuantibus.

Præterea decoctum ex aqua, vino, radi-

adicibus calami aromatici , enulae camanæ , ex ruta , dictamno cretico , abninthio , farina lupinorum &c. consistans cum duplii linteo calide applicui , unde mox doloris levamen , quia medicidum laterum suorum acie dolorem inducens inde temperabatur , quam brem linteum , quam primum excabatur , eodem liquore de novo imbuiimus , idque per aliquot dies continuavimus.

Ubi jam dies septimus Martii adrat , vidi lanuginem illam , quæ muroris nomine vulgo venire solet , dispersam per totam cruris internam partem à talo usque ad genu , & quod si onæ notæ microscopium tum temporis ad manus fuisset , multas plantas cum stipitibus , foliis , floribusque coninno ordine dispositas illic detegere otuisssem ex crure hominis adhuc viventis propullulantes non aliter , quam ingus è terra provenire solet.

Æger interea nihil comedebat , ac ebri singulis diebus saepius veniente

&

& evanescente corripiebatur, tandem
que die 14. Martii horâ quartâ matu-
tinâ placide obdormivit, pulsu ante
mortem sâpe intermittente, qui quo-
que ab acido non difficulter deduc-
potest.

Massam autem sanguineam totam
infectam fuisse, atque ea propter ex-
tirpationem hic minime convenisse,
vel hinc liquere potest, quod tribus
diebus, antequam æger moreretur,
pes sinister à pollice usque ad talum e-
tiam sphacelo corruptus esset, & quo
utraque manus duobus diebus ante o-
bitum per viginti quatuor horas gla-
ciei instar algeret, licet, febri postea
valide invalescente, iterum incalesce-
ret.

Quod vero remedia huic malo con-
venientia applicem, hinc liquido com-
stare puto, quod sphacelus, qui prius
neglecto bono consilio, viginti qua-
tuor horarum spatio à pollice pediis
progressus est usque supra genu, quo
ille, inquam, sphacelus post appositta

mea remedia per duarum septimana-
rum intervallum non ascenderit altius
quam unius palmæ latitudinem.

OBSERVATIO V.

De Erysipelite cruris.

Vir quadraginta annorum cæpit ægrotare Febre, horâ duodecimâ post invasionem evanescente, quo emporie æger conqueri cæpit de dolore & rubore cruris dextri.

Nimirum in parte aliqua solida hu-
us viri extra vasa delitescebat fermen-
tum aliquod acidum, quod hac aut
illa de causa inde eluebatur & abri-
ciebatur ad sanguinis massam, in qua
nimicam illam fermentationem exci-
avit, quæ febris nomine innotes-
cit.

Dum autem fermentum illud aci-
um cum sanguine circulabatur, forte
articulæ quædam illius stagnabant &
ærebant in cute cruris dextri, quæ
revi omnes alias istius acidi fermenti

B par-



26 PRAXIS CHIRURGICA

particulas ad se ex sanguine appropinquare coegerunt, eo fere modo, quo magnes magnetem ad se accedere facit.

Particulae illae ibi harentes ac Fibrillas satis acriter scindentes dolorem in crure produxerunt; rubor autem ortum debebat sanguini in vasis capillaribus stagnanti ob incipientem coagulationem ab acido provenientem sicut ruborem satis intensem in faciee animadvertisimus, ubi collum & venæ illic contentæ à collari aut alia quapiam re nimis constinguntur.

Huic affectui erysipelatis nomine imponere possumus, sed unde febris mox abiit; quando erysipelas apparabat, quia tum temporis massa sanguinea liberata fuit ab acido illo fermento, quod tunc demigravit in crus.

Morbum hunc intra biduum in totum sanavi unico lavamento acidum temperante & constante ex spiritu vini, camphora, lithargyrio, creta, sale prunellæ &c. quandoquidem firmiter.

niter persuasus eram phænomena hæc
ex acido suam trahere originem.

OBSERVATIO. VI.

De ulceribus cruris varicosis.

Virgo quadraginta annorum, jam
per longam annorum seriem ma-
diætæ dedita, ac inter cætera noxia
varicosis, aceto, aliisque acidis nimium
electata, pedesque æstivo tempore
aquam Frigidam sæpius immergens,
inc per quindecim annos laboravit
trice tibiæ sinistræ ab imo pede ad
nemu usque pertingente, ac ulceribus
lobus circa malleolum internum ejus-
m tibiæ profundis, sordidis, valde
 dolorificis, ac materia quadam acri ac
nui fere semper ad summum usque
pletis, & circum circa erysipelas pro-
mite sæpius habentibus. Horum ul-
rum medelæ plures Medici ac Chi-
gi per longum tempus frustra incu-
ere, imo etiam celeberrimus ille
acticus Feij, Dominus Cranen-
urgi.

Scilicet ab acidi & viscosi nimia
quantitate assumta sanguis hujus virginiss
redditus fuit crassus & aptus stagnare,
quare portio quædam illius delata ad
tibiam sinistram substitut & moram
aliquam traxit circa valvulas alicuius
venæ, cujus membranæ à majori sani-
guinis copiâ ibidem congestâ ita di-
stendebantur, ut humores ex arterio-
lis inter membranas illius venæ dif-
fersis egressi (nam inter membranae
venarum arteriolas, venulas nervulos
que per microscopium detegere potes-
& absque dubio adsunt etiam vascula
lymphatica) & per membranarum tu-
bulos errantes, libere transire nequu-
terint, sed stagnaverint illic, seque-
posuerint inter interstitia Fibrillaru-
m tantâ copiâ, ut interstitia illa amplii-
rentur non tantum, sed ut præter
etiam aditus intercluderetur spiritibus
animalibus ex nervulis in tubulos illi-
prolabentibus, ac venam alias aliqui-
tenus constringentibus, inque illa mu-
tum quendam peristalticum producce-

cibus ad sanguinis circulationem in vena promovendam, atque ita sanguis in vena illa aliquatenus stagnans & membranas illius supra modum distendens varicis citati causa extitit.

Sed cur varix ille potius in tibia, quam alibi se conspiciendum præbuit? quia scilicet sanguis venosus ibi ascendere debet per viam horizonti perpendicularis, & præterea hæc via aliquatenus occluditur à ligaculis illis, quibus crura constringere solemus ad retinendas caligas; sic in virgine haec uum etiam huc contulit immersio pedum in aquam frigidam non raro intituta.

Sanguinis igitur majori, quam par est, copia congestus in hac vena, partes quasdam ipsius venæ membranarum minus resistentes distendit magis quam alias crassiores, & sic recessus quosdam seu sinus sibi formavit, ac præcipue quidem circa valvulas, in quibus sanguis, naturâ suâ jam acidiusculus, majorem adhuc acorem sibi

B 3 con-



30 PRAXIS CHIRURGICA

contraxit, quia ibi diutius absque circula-
tione commorabatur.

Sanguinis autem hujus particulæ
multæ acidiores in carnem vicinam
transfudarunt per partes varicis magis
distentas ac per consequens rariores,
hoc est, per sinus illos, & sic Fibrillæ
ibi irritatis, & post dissimilis dolor ex-
citatus est, ac postea duo ulcera
dolorifica, quæ deinde, pluribus Fi-
brillis disruptis, reddebantur profun-
da.

Particulæ illæ acidæ pertinaciter hæ-
rentes in poris labiorum ac fundi ul-
cerum humores sinceros adhuc all-
luentes convertebant in acidos, qui
ob tubulos ab ulceribus interruptos cir-
culationem continuare non valentes,
ab humoribus à tergo continuo infe-
quentibus propellebant foras in cavi-
tatem ulcerum, quam ad summum
usque fere semper adimplebant humo-
re acri, acido ac tenui, sed ita tamen
tenui, ut interim admixtæ essent parti-
culæ quædam viscosiores ac magis

ramosæ, quæ, ramulis suis sibi mutuo implexæ, ac hærentes in superficie ulcerum, illa sordida reddebat.

Huc usque explicuimus, quomodo particulæ quædam acidæ per sinus varicis transfludaverint in carnem vicinam; nunc tempus est, ut animadvertis, particulas acidas multo plures ex sinibus illis abreptas esse in massam sanguineam, cum qua circulantes magna sui portione ingressæ sunt ulcera magis quam alias partes, ob acidum fermentum illic delitescens, eo modo, quem explicuimus in Observatione secunda, & sic adaucta fuit copia humoris acidæ ulcera implentis & ex illis promanantis.

Erysipelas, quod ut plurimum circumvallabat ulcera, ab acido ibidem hærente itidem suam trahebat originem.

Hæc omnia dum aliquantisper mecum volutabam, tandem me converti ad varicem, ut ad primam mali originem, quæ causa procatarrética vel

32 PRAXIS CHIRURGICA

primitiva dici posset, si terminis artissimis utilibus uti alicui volupe foret; ac: è varice lancettâ aperto eduxi uncias aliquot sanguinis stagnantis, acidi & nigrificantis.

Deinde perveni ad massam sanguineam acido fermento imbutam, quæ causæ antecedentis nomine gauderet: hoc in casu apud illud subtile nimissimum Eruditorum genus, quod magis de vano verborum apparatu, quam de rebus sollicitum est; illamque corrigerem cœpi per bonam diætam institutam, viscosa, acidaque cuncta prohibentem, atque per pulverem acidum temperantem quotidie assumptum constantem ex scrupulo uno oculorum cancrorum, ac eadem quantitate corralli albi.

Denique ad ulcera ipsa accessi, in quorum fundo, labiisque delitescebatur acidum fermentum, quod, si quibusdam forte placeret, causæ conjunctæ nomine posset appellari.

Præcipuum, quod mihi jam restabat

bat agendum, erat, ut fermentum illud temperarem ac tollerem, atque ut labia ulcerum ad fundumusque sensim & sine sensu deprimerem, nam ex hoc ultimo negotio triplicem mihi pollicebar utilitatem.

Primo scibeam, quod sublatâ hoc modo ulcerum cavitate, nihil in illis posset colligi humoris illius acidi ac aliqua saltem ex parte viscosi, qui particularum viscosarum ac ramosarum ratione ulcera antea sordida reddebat, atque acidarum ac scindentium particularum respectu illa quotidie magis magisque excavabat, quandoquidem in ulcerum cavitate continuo magna copia congerebatur prius, sed quod ille humor, si ad ulcera adhuc veniret, statim post adventum suum deberet foras propelli, hoc est, ad latera ulcerum à corpore duro labiis ulcerum deprimendis validius appresso.

Secundo certus eram hoc pacto circulationem sanguinis ac hūmorum iri restitutam, in quo magna pars cu-

rationis ulcerum sita est ; nam labiis
ulcerum non prominentibus , ut ante,
supra fundi superficiem , effici posse
videbam , ut humores per tubulos in
labiis ulcerum contentos circulantes ,
qui prius ob tubulos ab ulceribus in-
terruptos in ulcerum cavitatem deflue-
bant , jam viam sibi quærerent per
tubulos in fundo ulcerum repertos ,
atque ita prorsus novam circulatio-
nem iterum inirent , quæ non impe-
diretur ab aëre ambiente , uti prius ,
quia ille satis arceretur ab eodem cor-
pore , quod ulcerum labia deprime-
ret , quoniam illud satis crassum , so-
lidum , durumque reddere mihi pro-
posueram.

Tertio sæpius in ulcerum vulne-
rumque curatione observaveram , ci-
catricem generendam nunquam ini-
tium capere à centro , aut alia parte
vicina ulcerum , vulnerumve , sed sem-
per incipere ab extremitate cutis am-
bientis ob similitudinem superficierum ,
quæ inter cutim ac cicatricem reperi-
tur ;

tur; atque hinc firmiter persuasus eram, ulcera ab acido fermento sordibusque liberata prius, planaque redditâ modo prædicto, ac circulatione restitutâ gaudentia, brevi temporis spatio coniecta fore cicatrice.

Congressi igitur nonnulla idonea medicamenta acidum temperantia contra fermentum peccans in ulceribus delitescens, atque, ut unâ fideliâ duos dealbarem parietes, formavi ex illis placentulam satis duram crassamque ac ulceribus Paulo majorem, sic ut teneret etiam portionem parvam labiorum, eamque ulceribus imposui, ac per strictam satis ligaturam validius appressi, & reliqui per horas duodecim, post quas transfactas vidi, quod spes, quam inde conceperam, me non defellisset, nam ulcera reperi plana prorsus, à sordibus omnibus liberata, ac jucundo rubore conspicua, parumque aut nihil fere dolentia, unde propemodum raptus in admirationem, collegi acidum in ulceribus fer-

B 6. men-

36 PRAXIS CHIRURGICA

mentum jam magna ex parte esse temperatum, ac brevi totum temperatum iri.

Post paucos dies, circulatione restituta, particulæ bonæ notæ per tubulos cutis ambientis eentes, illius extremitati adhæserunt firmiter ob similes cum cute superficies, atque ita nobis in conspectum venit rudimentum quoddam cicatricis, quæ intra quinque septimanas ulcus utrumque plane occlusit, quandoquidem quotidie magis magisque accrescebat.

Tandem singulis annis semel aperui varicem citatum, ex eoque eduxi libram unam sanguinis, atque ita effeci, ut ulcera illa postea nunquam iterum disrupta sint.

Erysipelati, quod ferme oblitus eram, interea, dum medebar ulceribus, imponebam linteum quadruplex imbutum mixturâ conflatâ ex aqua florum sambuci, spiritu vini, camphora & saccharo saturni ad acidum pectans, temporandum, quo temperato
om-

omnia erysipelatis symptomata cessa-
tempunt, ac inter cætera etiam ardor in-
fuctus prius à particulis acidis, dum
interum suorum acie Fibrillas citus so-
perato commovabant.

Sed unde contigit, ut ulcera hæc
ongo temporis intervallo sanari non
otuerint à tot Medicis ac Chirurgis,
tiam proiectæ satis ætatis viris, qui-
ue ideo, solidum aliorum ratiocinium
pernentes, nil nisi experientiam suam
temper crepabant?

Experientia sine ratione parum
oteat; nam sicut inter mille facies
umanas nulla reperitur alteri per om-
nia similis, sic inter totidem morbos
nullus est, qui cum alio in omnibus
rorsus conveniat; & præterea valde
redibile est, sanguinem & partes in-
ternas unius hominis non minus dif-
ferre à sanguine & partibus internis
terius hominis, quam externas, un-
iterum exsurgit varium hominum
imperamentum, cuius varietas varia
media postulat, ac præterea præter

38 PRAXIS CHIRURGICA

experientiam etiam sanum Medici iudicium, quod alia pro hoc, alia pro illo remedia novit eligere.

Adhæc ut dicamus, quod res est, Medici illi ac Chirurgi secundum variam ac inutilem quandam theoriam a philosophiam conceptus suos dirigen- tes, nec causam varicis nec illius effectus, neque etiam ejusdem reme- dium invenire potuerunt.

Deinde illi omnes fere morbos deducebant ex quatuor suis humoribus, cum tamen interim nescirent, quid foret unusquisque & quibus particulis constaret, ut bilis, pituita, sanguis, melancholia; atque hinc factum est, ut vera remedia eligere illis esset impossibile. Multo prudentius egissent, si respexissent potius ad varias sanguinis particulas, quæ figura, magnitudine ac motibus suis à se invicem differunt, & præcipue, si attendissent ad acidurn & sal, ut liceret ipsis expiscari, usum horum in sanguine teneret do- minatum, & si foret hoc acidum, pur-

ga-

Medici rationes per alvum tunc minime con-
venire.

Præterea illi conceptus suos nimis confundebant, cum putabant ulcera il- prius per quædam medicamenta de- tere detergi, deinde per alia incarna- , & tandem cicatricem iterum ab iis induci debere, nam, hanc nimis maxiam distinctionem valde inutilem sile, vel hinc manifestum evadit, quod solâ & unicâ meâ placentulâ u- umque ulcus tam brevi sanaverim.

Denique illi inter medendum at- tendebant ad axiomâ suum, quod con- traria contrariis curentur, ac animad- vertentes ardorem in erysipelate ul- cera cingente, illum propellere ten- ibant per frigida, quæ sanguinem & umores sistebant, unde illi acesce- gradicebant, sicque ardorem erysipelatis non arum adaugebant; sed abutebantur. Si suo axiomate, quo si bene uti vo- luerint, debuissent scire, ardorem esse effectum, & pro causa agnoscere particulas quasdam acidâs propter ob-

40 PRAXIS CHIRURGICA

obstructionem circa ulcus hærentess
quæ lateribus suis scindentibus Fibrill
las nervosas citatiore solitò tremor
concutiebant; & tunc rectius contraria
ria contrariis curassent, applicante
scilicet talia, quæ acido vellicanti att
que viscoso obstruenti resistere pro
comperto habebant.

OBSERVATIO. VII.

De vulnere oculi.

Anno 1680. die 21. Novembri
ame jussit accersi Juvenis nobili
lis, viginti quatuor annorum, vitam
agens militarem, qui ante triduum
vulneratus erat à grandine plumbec
per sclopetum emissò in ea oculi si
nistri parte, quæ est inter.

Iridem & pupillam, ita ut grandio
in oculum usque penetraverit, & sicc
humoris aquei non parum mox ex
vulnere facto profluxerit. Foramen
vulneris obturatum inveni materiâ quâ
dam fibrosa ac candicante. Iris cum
pu-

pupillâ sauciâ valde livescebat, ac reliquum oculi sauciati intensa rubebat, tumebatque, aderat ardor ac lachrymarum acrûm profluxus; dolor committabatur continuus, qui remittebat, ubi æger caput in posteriorem partem deflecebat, & quoties pronus fedebat invalescebat; visus oculi læsi in totum sublatus erat, præterea oculus dexter, licet intactus mansisset, rubebat ac dolebat. Chirurgus quidam per triduum materiæ isti vulnus obtinens imposuerat acria, ac reliqua oculi parti frigida.

Forsitan alicui mirum videbitur, quod non omnis humor aqueus per vulnus promanaverit, sed mirari desinet, si duas subsequentes rationes attento animo perpenderit.

Primo consideret, quod grando inferiore sui parte fortius appulsus fuit in oculum, quam parte superiore, & sic partem inferiorem membranæ oculi disrupt, superiore membranæ parte manente integra, atque ita

42 PRAXIS CHIRURGICA

ita pars membranæ disrupta intrò ver-
gens aperturam quandam formabat,,
per quam portio humoris aquei ef-
fluxit , qui tamen in efluxu suo mem-
branam illam prius intro vergentem
foras iterum propulit , quæ tunc instar
valvulæ foris intro , non intus foras
spectantis aperturam vulneris iterum
occlusit , sicque impedivit , ne pluss
humoris aquei ex oculo proflue-
ret.

Secundo loco consideranda venit ma-
teria illa fibrofa ac candicans foramem
vulnusculi obturans ; sed unde hæc ma-
teria suam trahebat originem ? Si jann
cum vulgo Eruditorum ad consuetum
ignorantiæ asylum configere vellem ,
facillima mihi foret responsio , dicen-
do tantum , quod natura tam provi-
da fuerit hoc in casu , ut foramem
brevi impleverit materiâ idoneâ , nor-
tantum ne humor aqueus efflueret
omnis , sed etiam , ne aër ambiens
frigidissimus ad partes oculi internass
penetraret , iisque noceret ; sed talde
ref-

responsum non minus ridiculum mihi
videtur, quam si mihi, interroganti,
cur pellicula generetur in pulte fer-
vente ac aëri exposito, alter respon-
deret, naturam pultis adeo providam
esse, ut statim pelliculam quandam
formet in superficie pultis ferventis,
scilicet in finem, ne aër frigidus,
partes internas pultis accedens, iis
possit nocere, utque calor in pulte
diutius conservetur, & vapores,
avolantes, ob super impositam
membranulam retineantur ac coe-
reantur intra pultem; cum potius re-
ponere oporteret, multas pultis par-
ticulas tenuiores & majorem motus
quantitatem intactas, ac figuratas haben-
tes ad motum faciles in auras avolare,
inter avolandum abripere secum us-
que ad superficiem pultis particulas
quasdam crassiores, ramosas, ac ad
motum minus aptas, quæ, motu suo
in aërem ambientem translato, quies-
cent in superficie pultis, ubi ramulis
sibi invicem implicitæ concref-
cunt

44 PRAXIS CHIRURGICA

cunt in cuticulam, quæ pultem con-
tegit.

Sed ad propositum revertentes po-
tiori jure respondebimus hunc in mo-
dum: particulæ quædam ex poris ar-
teriarum egressæ & in tubulis mem-
branarum oculi circulantes ferebantur
usque ad finem tubolorum à vulnus-
culo interruptorum, & sic quidem
particulæ tenuiores avolabant in auras,
sed particulæ quædam magis ramosæ
extra tubulos prolapsæ, motu earum
sublato ab aëre tunc temporis frigidif-
fimo, sibi invicem per ramulos suos
implicabantur, & concrescabant im-
materiam quandam fibrosam ac can-
dicantem non absimilem illi materiæ,
quæ conspicitur plerunque in aqua, im-
quam sanguis ex vena pedis aut ma-
nus secta profluxit.

Grando illa plumbeus oculum in-
trare non potuit, quin eum valde
contunderet, ac vascula sanguifera quæ-
dam disrumperet, ex quibus sanguis
sub ratione sanguinis emanans stag-
na-

nabat ac livore inficiebat Iridem ac pupillam.

Vulnus autem fieri non potuit in oculo, quin Fibrillæ multæ disrumpentur, & disruptæ resilirent in cinnos, atque ita tubulos multos obstruerent, in quibus humores circulantes accumulati premebant vasa sanguifera vicina, sic ut sanguis in vasis stagnaret, unde tumor & rubor in toto ferme oculo.

Sanguis vero in vasculis capillaribus stagnans, præcipue autem ille, qui extra vasa effusus jacebat, brevi acerere cœpit, tuncque particulis suis scindentibus Fibrillas vicinas solito citius & vehementius commovebat, unde ardor & dolor exortus est.

Particulæ porro acidæ ejusdem sanguinis stagnantis & coagulati irritatione sua leves quasdam concussions excitabant in glandulis oculi; unde contentus in illis liquor, hoc est, lachrymæ continuo fere expellebantur, quæ solito acriores erant, quando-
qui-

46 PRAXIS CHIRURGICA

quidem illæ, utpote falsæ, in effluxu suo subitaneam quandam effervescentiam concitabant cum particulis acidis sanguinis stagnantis in transitu hærentibus.

Dolor autem, de quo dixi, non tantum à particulis acidis & scindentibus proveniebat; sed præterea etiam à grandine plumbeo intra oculum nunc huc, nunc illuc iterum volutato, atque hic erat dolor, qui remittebat, ubi æger caput demitebat in tergum, quia grando ille tunc immotus jacebat & quiescebat super osseam oculi orbitam; quando vero æger caput inclinabat in pectus, tunc statim aderat doloris exacerbatio, quoniam tunc grando iterum commovebatur & premebat partem oculi vulneratam.

Maxime pupillæ pars tegebatur materia illa fibrofa ac candicante, reliqua parte livescente interim à sanguine extravasato, sic ut globuli cælestess per pupillam intrare nequirent ad Fibillas nervi optici per fundum oculi

dif-

dispersas commovendas, atque ita ne-
nini mirum videri debet, quod Pa-
iens visu oculi vulnerati prorsus de-
stitueretur.

Sed majori jure forsan mirabitur
liquis, quod oculus dexter, qui à
randine plumbeo nihil mali passus
erat, interim rubore nec non dolore
vexaretur, sed hanc mirandi
ausam brevi tollere conabor.

Nemo est, qui non aliquando ex-
pertus est in semetipso, quod, uno
culo moto, alter immotus retineri
possit, cuius rei causa est, quod
spiritus animales de novo ex cerebro
nervos in musculos unius oculi
terminari vix queant, quin eodem
temporis momento simul aliqui per-
nit in musculos oculi alterius; unde
manifestum evadit, quod, ubi unus
ulus dolet, hoc est, ubi in eo adeat
hebementior solito Fibrillarum agita-
tio, quod tunc, inquam, major co-
a spirituum animalium ob poros in
cerebro magis apertos debeat pro-
flue-

48 PRAXIS CHIRURGICA

fluere in oculum dolentem non tantum, sed etiam in oculum sanum, in quo hoc pacto producentur leves quædam contractiones, quæ tubulos & vasa sanguifera constringent aliquatenus, & sic sanguinis & humorum circulatio aliquo modo sistetur, unde illi brevi acescent, & particulis suis scindentibus inferent dolorem, quem comitabitur rubor, proveniens à sanguine in vasibus capillaribus stagnante.

Rebus ita stantibus ægro prædixii, quod visum oculi vulnerati nunquam posset recuperare, in quo mox acquievit Patiens dicens, se gratias æternas mihi acturum, si modo visum alterius oculi conservare valerem, quod illi mox asseveravi.

Progrediens igitur ad vulneris hujus medelam jndicavi præcipuum, quo mihi agendum incumbebat, esse, ut circulum sanguinis & humorum impeditum restituerem, ac proinde aërem acri debere & acidum esse temperandum.

Primo igitur bis de die guttulas aliquot sequentis collyrii calide in utrumque oculum instillavi ad acidum temperandum.

R. Aq: euphrag:

chelidoniae $\frac{aa}{ii}$ $\frac{3ij}{i}$.

hyssop: $\frac{3i}{i}$.

Oculor: cancr: ppr.

Coralli ppr. $\frac{aa}{ii}$ $\frac{3i}{i}$.

Troch: alb: Rhaf. $\frac{3iij}{i}$.

Sacch: saturni $\frac{3i}{i}$.

Tutiae ppr. $\frac{3ij}{i}$.

M. F. Collyrium.

Tunc superposui sacculos duos cōctos in vino gallico, qui constabant ex fænogræco, hyssopo, floribus ladanis, aliisque multo sale volatili gaudentibus, ac postea horum saccorum loco applicui emplastra copia alis abundantia, quale reperitur in gummi ammoniaco, sagepeno &c.

Ac tandem utrumque oculum ita bligavi, ut immotus quiesceret uterue & quidem in loco calido & tenebroso.

C

U

50 PRAXIS CHIRURGICA

Ut autem admirandi occasionem tollam, quam forsan aliquis caperet ex eo, quod oculum dextrum, qui non erat vulneratus, tam anxie curaverim, rationes, prout opinor, satis validas, quibus ad hoc impulsus fui, addere proposui.

Quod hoc fecerim, non tam respectu oculi dextri, quam sinistri fuit; nam si dexter oculus mansisset aperitus, æger eundem saepe movisset, ac eodem vidisset.


Motus autem ille externus oculi dextri vix contingit, quin simul moveatur sinister oculus, & quantum dolor hinc fuisset exacerbatus in oculo vulnerato, is facile conjicit, qui aliquando expertus est, quanto cum dolore manus aut pes saucius de loco in locum moveatur.

Adhæc, si oculus dexter non fuisset occlusus, absque dubio multa objecta hoc aut illo tempore visu attigisset, atque illud fieri non potuit: quin simul motus aliquis de novo pro-

duceretur internus, hoc est, in Fibrilis nervi optici, à globulis cælestibus; quod vero ne minima quidem Fibrilla nervi optici in dextro oculo possit moveri, quin eodem tempore moveatur etiam Fibrilla ejusdem ordinis in nervo optico oculi sinistri, id liquido constat ex sequenti figura, qua utitur etiam Clarissimus Rohaultius in sua physica nunquam satis laudata, sed fine longè alio, quam ego; ille scilicet hac figura ostendit modum, quo duæ imagines (quarum una in oculo dextro altera in sinistro depingitur) ubi ad cerebrum pervenerunt, aliquam conceptum præbere possint unius tantum imaginis. In hac figura unusquisque oculus tantum delineatas habet quinque Fibrillas, ut res eo facilius concipiatur, sed quod hic dicuntur de quinque Fibrillis, idem de multis pluribus potest intelligi, quod sciens nulla Fibrilla nervi, optici dextri commoveri queat, quin statim moveatur Fibrilla ejusdem ordinis in ner-

52 PRAXIS CHIRURGICA

vo optico sinistro, quia scilicet hæ Fibrillæ in unum punctum coeunt & terminantur.



At..

Atque ita oculo dextro brevi & sanitas pristina & visus integer rediit, sed sinister oculus sanari non potuit ante mensem martium anni sequentis, & circa id tempus omnis tumor & rubor abiit, livore jam dudum discusso, grando autem cum hac aut illa parte oculi coaliuit, ideoque immotus permanxit, & sanguini, humoribusque sua libera restituta fuit circulatio, unde humores per tubulos à vulnere interruptos circulantes continuo particulas quasdā deponebant ad latera vulneris, quæ ob similitudinem superficierum adhærebant & agglutinabantur, sicque efformabant cicatricem, quæ vulnus congebat & materiam illam fibrosam ac candicantem propellebat, sed quia tam densa fuit, ut globulos cælestes prohiberet, ne per linéam rectam ipsam possent penetrare, ideo visus oculi vulnerati deperditus permanxit.

Sed hic oculus interea quoad mollem suam vix differebat ab oculo dextro, quamvis humoris aquei non pa-

54 PRAXIS CHIRURGICA

rum ex vulnere recens facto profluxerat, quia scilicet particulæ teretes & lubricæ quædam per poros arteriarum effluebant in cavitatem illam, in qua humor aqueus continetur, quædamnum humoris amissi resarciebant.

Inter medendum semper abstinui à Frigidis, quia illa tubulos & poros valde angustos oculorum obstruunt, atque hanc ob causam hic etiam rejecio pinguia, utpote quæ ramulis suis tam profundè & pertinaciter se implicant angustissimis oculorum poris, ut illa difficillime possit itorum expellere.

Sed cur vulnus hoc non citius sanari potuit? hoc partim ob ægroti, partim ob Chirurgi delictum contingisse assero.

Patiens & Veneri & vino nimis indulgebat, unde sanguis valde commovebatur, cuius tunc portio magis concitata tendebat sursum, utpote perviam magis rectam, atque ita impingebat in obstructiones oculi, saucii,

quass

quas tamen ob pertinaciam suam perfringere nequibat, atque hoc pacto dolor increscet.

Præterea inter densissimas nives ex aëre frigidissimo delabentes per totos aliquando dies exercebat venatum, oculo dextro, invito me, aperto, atque hinc obstrunctiones adhuc factæ sunt multo pertinaciiores & numerosiores.

Chirurgus, qui per triduum huic vulneri medebatur, deliquit in eo, quod materiæ illi fibrosæ, quæ humoris aquæ effluxum impedit, ideoque auferri non debebat, imposuerit acria, quæ tamen oculus perferre non potest; deinde, quod reliquo oculo applicuerit frigida, ad affluxum scilicet sanguinis & humorum, ut ille ajebat, sistendum; sed an ignoras, bone vir, quod affluxus hic sanguinis & humorum sit oculo, ut & reliquis partibus naturalis & necessarius, & si medicamenta pro voto tuo operata essent, quod tunc brevi præstò fuisset gan-

56 PRAXIS CHIRURGICA

græna; vides sanguinem & humores majori copia, quam par est, adesse in oculo, sed male ratiocinari, ubi putas hoc fieri ob majorem solito affluxum, cum potius fiat propter obstructiones, quæ refluxum, sanguinis per venas, ac humorum per vasa lymphatica, prohibent, unde sanguis & humores majori copia in oculo colliguntur, stagnant & acefcunt, quare potius debuissè adhibere acidum temperantia, quæ præterea convenissent ad tollendum livorem Iridis & pupillæ à sanguine grumescente producetum; nam certum est, sanguinem grumescentem & coagulatum per frigida non posse restitut, sed crassiorum redi, atque obstructiones pccantes hoc pacto non tolli sed augeri. Sed antequam huic observationi finem imponam, unum adhuc phænomenum mihi discutiendum restat circa vulnera.

Certum est, quod sublatâ causâ tollatur effectus; sed cur igitur su-

bla-

blato ense , cultro , aut alia re vul-
nerantæ non statim tollitur dolor
in vulnero , sed aliquando per lon-
gum tempus perseverat ? dolor in par-
te læsa non est nisi solitò vehemen-
tior Fibrillarum concussio , quæ fieri
nequit nisi ab alio corpore in motu
posito ; quid igitur de dolore dicam ,
qui aliquando per totos dies , imo per
totas septimanas post vulnerum influctum
protrahitur , cum ensis , culter , aliæ-
que res externe vulnerantes jam du-
dum sublatæ sunt ? circumspiciam cau-
tè , num aliud quippiam invenire queam
quod Fibrillas partis sauciæ in solito
majorem agitationem cieat , sed , ecce ,
nveni ; ubi Fibrillæ quædam ab ense
diffunduntur , tunc statim resiliunt in
incinos , atque ita tubulos partis
vulneratæ obstruunt , sic ut humores
libere circulare nequeant , sed impin-
ant in illas obstructiones , unde dolor ,
qui adhuc increvit , ubi humores illi jam
incipiunt acescere , & particulis suis
indentibus Fibrillas adhuc magis ir-

58 PRAXIS CHIRURGICA

ritant; præterea multæ Fibrillæ, quæ antea cute tegebantur, post vulnus inflictum exponuntur aëri ambienti, qui illas vehementiore, quam par est, tremore afficit, dum iisdem aliquid communicat de motu suo, quo continuo, & quidem satis validè agitatur.

OBSERVATIO VIII.

De tumore suppurato nec non de carie ossis.

Puella decem annorum, Februaria vida correpta, brevi post dolorem, ac mox etiam tumorem sensit in humero, qui erat ejusdem cum cute coloris, ac duriusculus.

Sanguis nempe à febre solito magis agitatus ex latibulo hujus aut illius partis solidæ eluit particulas multas acidæ & viscosas, quæ, cum sanguine circulantes, aliqua sui portione egressæ sunt ex poris arteriarum tum temporis ob febris fervorem magis diatatis in tubulos circa humerum &

lon-

longe infra cutim sitos, in quibus hærebant & dolorem excitabant, dum laterum suorum acie Fibrillas solitò vehementius commovebant, atque hoc pacto tubulos vicinos etiam aliquatenus distorquebant, unde humores ibidem etiam stagnarunt, qui, licet essent synceri, brevi mora ibi acescebant; sanguis hinc etiam stagnabat in multis vasculis capillaribus, sed tam profundè infra cutim sitis, ut rubor pér cutim translucere nequiret, atque ideo tumor apparuit ejusdem cum corte coloris.

Sed unde durities illa tumoris? nam liquor est, qui in eo continetur, & liquor, utpote fluidus, & manui blande appellenti nullam resistentiam exhibens, non sentitur durus sed mollis.

Sed magna liquoris copia continetur in pomø, potestque ex illo exprimi, & tamen interim sentitur duriusculum, quia scilicet liquor ille valde divisus est, ac in singulis pomi

60 PRAXIS CHIRURGICA

tubulis & poris à se invicem distin-
ctis hæret separatus, quare manus po-
rū tangens occurrit primo poni
tubulo, unde particulæ liquoris in eo
contentæ quidem aliquatenus rece-
dant, sed mox accedentes ad subja-
centem tubulum, inveniunt resisten-
tiā, atque hinc manifesta redditur
pomi durities & per consequens etiam
durities tumoris.

Certo igitur persuasus, hoc in casu
peccare particulas viscosas obstruen-
tes, acidasque scindentes & irritan-
tes, nihil magis hic convenire judi-
cavi quam aperientia & acidum tem-
perantia, quamobrem apposui tumori
emplastrum Sticticum Paracelsi; sed,
ut hoc obiter notem, in eo superva-
cuus mihi videtur magnes, qui nulla
alia de causa hic additur, quam ut rès
noxias ex profundo ad se alliciat; mag-
nes autem non quævis corpora sine
discrimine ad se accedere facit, sed
tantum modo ferrum & magnetem,
atque hanc etiam vim prorsus amit-
tit,

tit, ubi in pulverem conteritur, quia pori striati tunc diffinguntur, sicut id ipsum expertus est Rohaultius, qui melioris notæ magnetem in pulverem rededit, eumque indidit linteo, ejusque pulvulos satis valide ad se invicem appressit, & tunc invenit & animadvertisit pristinas in magnete vires in totum evanuisse.

Emplastrum citatum (ut ad propositum revertar) reliqui per aliquot dies super tumorem, sperans, acidum hoc pacto temperari, ac viscosum attenuari posse ita, ut partim circulacioni pristinæ restitueretur, partim per poros cutis avolaret, sed malum fuit nimis pertinax, atque ideo spes mea me defellit. Quid igitur factum est ? Scilicet acidum particulis suis scindentibus tandem Fibrillas & tubulos quosdam disruptit, atque ita liquor in tumore contentus in unum locum confluxit, & tum temporis tumor non amplius duriusculus, sed mollis existebat, non aliter quam liquor, ex

62 PRAXIS CHIRURGICA

pomo antea duro expressus, & vasculo aliquo exceptus, se mollem exhibet digito palpanti, atque in eo punto confistere factam in tumore suppurationem.

Jam-jam audire videor clamans contra me vulgus Eruditorum, quod scilicet hanc ægrotulam non tractaverim secundum artem, hoc est, secundum falsam ac inutilē ipsorum theoriam, quæ in principio tumorum repellentia applicare jubet, sed respondere facilissimum est, dummodo dicam, quod omnium ferme tumorum causa sit obstructio, quæ, (secundum proprium ipsorum axioma, quod scilicet contraria contrariis currentur) per aperientia tollenda venit, non autem multiplicanda per repellentia vulgo dicta, hoc est, per frigida & astringentia.

Sed quid si adversarios proprio ipsorum gladio jugulem, eosque convincam duobus argumentis, vel in ipso tumorum fere omnium initio rarif-

sime, imo nunquam convenire repellentia vulgo dicta? tentabo saltem.

Volunt igitur adversarii, ut in principio tumorum applicenter repellentia, sed interim tamen duos casus excipiunt, primo cum tumor sit per congestiōnem, secundo quando ille reperitur in emunctorio.

Quoad primum, certum est unicuique à præindiciis nondum plane occato, nullum tumorem fieri per fluxum, qua talem, utpote naturalem, sed omnem tumorem fieri per congestiōnem, hoc est, tum demum, quando sanguinis ac humorum fluxus aliqua ex parte impeditur propter obstruktiōnem, ob quam sanguis & humores alicubi congerantur & accumulentur, atque hinc evidentissime sequitur, repellentia nunquam valere in tumoribus.

Quoad alterum, brevitatis ergo sumemus tantum unum emunctorium sic ab illis vulgo nuncupatum. Asserunt igitur repellere non licere in tu-

mo-

64 PRAXIS CHIRURGICA

more inguinis , quia illud est emunctorium hepatis , hoc est , quia per illud foras hepatis expelluntur , sed hæc est ratio mehercule falsissima , nam vasa lymphatica & venæ liquorem contentum ab inguine sursum deferunt , sic ut nihil restet præter nervos & arterias , per quos vel quas hepatis excrementa deponantur ; sed licet nervi excrementa quædam ejicerent per inguen , tunc illud non esset emunctorium hepatis , sed potius cerebri aut medullæ spinalis , nam nervi , qui valde pauci in hepate esse reperiuntur , ex eo nihil recipiunt , & quamvis per arterias , quæ ex hepate etiam nihil excipiunt , recrementa quædam expellantur in inguen , ac per illud foras proturbentur , non ideo inguen meretur dici emunctorium hepatis , sed potius totius massæ sanguineæ , & si propterea in inguine repellere non licet , quia illud est emunctorium sanguinis , tunc per consequens vetitum erit in illa corporis parte repellere , quia ubi-

bique per poros corporis multæ par-
ticulæ ex sanguine evacuantur & ex-
halant.

Sed tempus est, ut ad propositum
revertamur, unde nimiris longè digref-
fi sumus.

Quandoquidem igitur tumor ma-
turus erat, & pus, quod contine-
bat, tam profunde situm erat, ut car-
nem ac cutim superpositam perrum-
pere non posset, ideo apertio[n]em fe-
ci in ea tumoris parte, quæ mollior
ac eminentior apparebat, sicque puris
haud parum profluxit; sed ecce, tunc
nvenios subiectum nigrum ac cario-
sum ab acido scilicet in tumore con-
centro, quod Fibrillas periostei, ac
post ipsius etiam ossis discedit, ejus-
que saltem volatilem corruptit, qui os-
ibus naturalis est, ac magnâ copiâ
in illis reperitur, sicut liquet ex de-
stillatione cranii humani, ex quo mul-
tum spiritus, multumque salis volati-
lis in forma secca elicetur.

Quod si autem aliquis in hisce
meis

66 PRAXIS CHIRURGICA

meis ratiociniis nondum acquiesceret, nec crederet hanc cariem ab acido esse inductam, illi juberem, ut oleum vitrioli, quod valde acidum est, applicaret dentibus, nam sic damno suu animadverteret illos tandem inde reddi cariosos ac frustulatim excidere.

Imo Fabritium Hildanum, experitissimum illum ac celeberrimum Medicico-chirurgum, hoc non latuit, quare obrem ille in carie ossis nihil magis damnat, quam oleum sulphuris, vitrioli, aquam fortem &c: acida, & quidem merito.

Jam dudum sciebam ulcera cui carie ossis comite sanari non posse nisi osse prius restituto, atque idee ossis cariosi medelæ primo incubui.

Non ignorabam quoque pinguia ossibus valde nocere, quia illa ramuli suis facile ostruunt angustos poros tubulos ossium, & quidem satis pertinaciter, qua de causa omnia pinguis cane peius & angue hic vitavit ac ossi carioso inspersi pulverem ea

phco

phorbii, quod multum salis volatilis,
& quidem acerrimi, continet, atque
ta brevi tempore omnis caries sub for-
ma pulveris impalpabilis ex ulcere sen-
sim evacuata fuit.

Quod acredo euphorbii non sit aci-
scider, ut aliquis forsan conjiceret, sed
salina, manifestum redditur ex eo,
quod tam vehementer sternutatio-
nem moveat, non aliter quam spiri-
us salis armoniaci, qui à nemine sal-
is esse negatur. Et contra naribus ad-
noveto spiritus acidos nitri, vitrioli,
alis & sulphuris, animadvertes illos,
cet acerrimi sint, sternutationem ta-
men minime movere.

Ut autem externis medicamentis
er interna opem ferrem, inter usum
euphorbii ægrotulæ exhibui decoctum
x china, sarsaparilla, aliisque mul-
tum salis volatilis continentibus con-
fatis per ans.

Si caries hisce cedere noluisset, ad-
buissim ferrum candens, quod à qui-
ndam dicitur cauterium actuale, ad-
di-

68 PRAXIS CHIRURGICA

distinctionem cauterii potentialis, sc̄e male, nam cauterium potentiale nō datur; omne cauterium, hoc est, omnis res urens agit; & si illud cauterium potentiale dici meretur, quod quamvis jam urere nequeat, brevi p̄tamen illud p̄stabit, tunc glacies op̄tima jure habebitur pro cauterio potentialis, quia illa reduci potest in aqua bullientem, & quam in nepta sit ta locutio, aliis judicandum relinquor.

Ferrum candens autem duabus causis in osse carioso juvat; primum namque fermento acido-corrosivo osse hærenti tantum de motu suo communicat, ut illud evaporare possit sicut spiritus vitrioli in destillatione ignem in altum elevatur; secundo lam portionem fermenti acido-corrosivi, quæ reliqua manet in osse carioso, temperare potest, nam ferrum egregie resistit acido, ut patet affectione vitrioli martis, in qua manesta fata satis excitatur fermentatio, dum spiritus vitrioli infunditur limatum

cth

alib[is], atqu[em] ita brevi temporis in-
intervallo spiritus vitrioli multum amit-
tiale nocte de sua vi corrosiva ac de acore suo,
cet, omno dulcescit.

Carie ossis sublatâ reliquum ulcus
rexi carne impletum fuit solâ there-
thinâ communi cum vitello ovi im-
glaciis opposita, ac cicatrix per lintea carpta
auterio pocca inducta fuit, quæ imbibunt con-
dit in aqua uno pus, quod in ulcere relictum
cicatricis generationi non parum ob-
stinet.

Complures sunt, qui arterias & ve-
nas ex parte sublatas nunquam rege-
nerari existimant, quia nempe sunt
spermaticæ sic ab illis vulgo
incupatae, sed falluntur, nam qua-
causa sanguis ex arteriola abscissa
non possit ad latera pro-
cedere particulas quasdam ramosas
ad motum minus aptas, quæ sibi
vicem implicitæ formarent ibidem
dimentum alicujus tunicæ, quæ ar-
teriolæ nomen mereretur, & cur idem
anguis, in cursu suo tandem impedi-
men-

70 PRAXIS CHIRURGICA

mentum aliquod offendens, non potest reflecti, & sic, particulis ramosis iterum ad latera projectis, ibidem producere rudimentum alicujus venæ non aliter, ac videre licet post aliquot ab incubatione dies in ovo, in quo arteriæque venæque eodem modo colliquamento proveniunt? hæc sanè in intellectu est facillima.

Imo blandus tantummodo contigit, ut illius tenellæ carnis, quâ ulcus novo impletum est, statim sanguinem prodire facit, quod certe non fieret nisi arteriæ, venæque eo usque effemoratæ, prolongatæ.

Sed si forsitan aliquis adeo incredulus reperiatur, ut dictis fidem adhibere nondum queat, illum dimitto industrium Dominum Blanckart collectaneis Medico-physicis, ubi narrat, vel se, vel alium quendam in ueribus prius cavis ac nova carne itorum repletis detexisse venas & arterias per microscopium, imo per nuddos etiam oculos ac nullo microscopio mouit.

nunitos, si pars sanata prius aliquan-
tiu sugeretur.

Atque hoc pacto puto me phæno-
mena in hac ægrotula occurrentia mo-
tam perspicuo explicuisse, ut ab
mnibus queat intelligi, longe aliter,
modo etiam facere consuere nimis anxii ve-
luti herum sectatores, nam si illos interro-
gassem, unde tumor ille humeri, de-
quo antea locutus sum, exortus esset
ægrotula febricitante, mox repo-
nissent, naturam se ibidem loci exo-
rasse, sed hoc æque absurdum ju-
dicio, ac si ego interrogarem, cur ce-
revisiæ recens coctæ fæx per dolii fo-
rumen evacuetur, ac alter regereret,
denaturam cerevisiæ se ibidem loci &
pacto liberare ab onere suo, cum
optius dicendum foret, cerevisiam fer-
ri, utriusque, hoc est, motum quendam
testinum esse in parvis cerevisiæ
particulis, atque ab illis particulas ra-
ras aliasque ad motum illum non
per malitiam idoneas protrudi eodem, ubi ad
motum tam celerem non coguntur.

Si

72 PRAXIS CHIRURGICA

Si porro rogassem, quare tumor ille potius in humero, quam alibi si præbuerit conspiciendum, in prompt sequens habuissent responsum, nem̄p hoc contigisse ob debilitatem facultatis expultricis in humero, bellum sanè ratiocinium, tot Chimæras, quot verba continens.

Quod si aliquis ex vase capaci illi quorem quandam tenui ac æqua semper radio infunderet in cantharus angustioris colli per infundibulum, primo videret liquorem eâdem celeritate egredi ex infundibulo, quâ intraret, deinde autem observaret, quorem in infundibulo magis magisque accumulari, an ille non egregie unicuique exponeret ridendum, pro causa hic in medium afferret debilitatem facultatis expultricis in infundibulo, cum vera causa sit obstrutio in inferiore ac angusta infundibuli parte, aut in angusto canthari collo inducta à corpore aliquo crassiore liquore forte contento? quicunq;

jam hæc omnia attento animo perpendere voluerit, rem in utroque casu eodem modo se habere animadvertiset, ac rationem utrobique allatam inveniet æquè ridiculam.

Antequam hanc observationem finiam, unum ad hoc problema mihi discutiendum restat, nempe an ulcus aut vulnus cavum non possit impleri aliâ quâdam carne, quæ toti agglutinaretur, sive illa caro desumeretur ex aliâ quâdam parte ejusdem hominis, seu etiam ex alio homine, aut bestia aliqua? præsertim cum videamus ungues, quibus galli contra gallos gallinaceos in pugna utuntur, ex pedibus exectos capiti non tantum agglutinari, sed egregie etiam augeri brevi tempore, sicut hoc quotidie videmus, um galli gallinacei castrantur, imò tiam nemo ferè est, qui non aliquando confpexerit, quam belle rarus ex una arbore excisus cum trunco alterius arboris coalescat & uniar.

D

Sed



74 PRAXIS CHIRURGICA

Sed dispar longe ratio est nam tubuli in unguibus gallorum , inque ramulis arborum constantes sunt , ut sectio illos distorquere non possit , quare liquorum circulatio per eosdem facile peragitur , etiamsi in alienam partem aut aliud corpus inferantur . In carne vero nostra tubuli adeo tenui sunt , ut à sectione aut aliâ quamdam vi statim valde distorqueantur atque eorum latera hoc paēto fere ad se invicem accedant , atque ita turn temporis sanguinis & humorum circulatio per eosdem prorsus impeditur.

OBSERVATIO. IX.

De fractura tibiae.

Vir triginta annorum è curru dī filiens fracturam passus est obliquam in medio fere ossis tibiæ , ac eratque cruris inæqualitas , crepitū ossis , dolor & motus imbecillitas.

U

Una nempe tibiæ extremitas ob fracturam acuta in hanc, altera in illam partem vergebant, unde cruris inæqualitas, & dum illæ extremitates ad se invicem allidebantur, ossis crepitus exortus est, ac dum periosteum, partesque vicinas acie suâ premebant, prima doloris causa prodibat, secunda autem tunc, quando extremitates ossis disrupti pressione sua cogebant humorres, ut in tubulis partium vicinarum stagnarent, acescerent ac Fibrillas irritarent.

Dum autem Fibrillæ hoc pacto ab ossium acie & humoribus acidis vellabantur, spiritus animales non poterant potius in hunc quam in illum musculum determinari, sed sine discrimine proruebant ad omnes partes vellicatas, & si qui adhuc in parva quantitate ad certos musculos accedebant, eosdem tamen intrare & inflare nequibant ob tubulos ipsorum musculorum ab humoribus stagnantibus obstrutos, & si qui spiritus animales eos-

D 2 dem

76 PRAXIS CHIRURGICA

dem musculos adhuc intrarent & inflarent, tamen nihil agebant aliud, quam ut unam ossis disrupti extremitatem scindentem in hanc, aliam in illam partem moverent, unde nil nisi vellatio, pressio, novusque dolor proveniebat, atque ex his satis manifestum redditur, quæ causa extiterit imbecillitatis motus.

Ego accersitus ossa fracta statim reposui, atque tum temporis hoc agere præcipue volui, ut restituerem impeditam circulationem humorum & sanguinis, qui absque dubio hic atque illic etiam stagnavit, ideoque ad acidum peccans temperandum partem affectam lavi spiritu vini, in quo aliquid gummi ammoniaci dissolutum erat, ac in eundem finem imposui emplastrum ex diapalma, bolo, spiritu vini ac oleo camomillæ compostum, tandemque ad ossa reposita retinenda ligaturas, aliaque idonea applicui, atque hæc per intervalla quædam renovavi, atque ita Patiens intra-

tra sex septimanas iterum incessit.

Non dicam hoc in loco, quod fractura per transversum facta facilius possit retineri, quam obliqua, nec etiam, quod pro à signo bonæ restitutioñis in fracto tibiæ ossे plerunque habeatur, si pollex pedis directe respiciat genu, quandoquidem hæc nimis nota sunt; nec magis causam reddere conabor, cur dolor post os repositum mitigetur, quoniam liquidum est, hoc fieri, quia prima doloris causa, de qua modo locutus sum, aufertur tum temporis, sed antequam finiam explicare decrevi, quo pacto callus producatur, qui ossa fracta conglutinat.

Quando sanguinis & humorum circulatio restituitur iterum tam in osse fræcto, quam alibi, tunc particulæ quædam ex poris arteriarum egressæ transeunt per tubulos ossis, &, cum perveniunt ad extremitatem ossis diffracti, amplius pergere nequeunt per lineam rectam obtubulos à fractura

D 3 in-

78 PRAXIS CHIRURGICA

interruptos, ideoque deflectunt ad latéra, ubi ossi & sibi invicem adhærentes constituunt tandem callum qui ossa iterum conjungit.

Callus hic in senibus & debilibus tardius generatur ob sanguinem viscosum & crassum, qui per angustos ossium tubulos transire non potest, atque ideo in tali casu crassiores sanguinis particulæ debent attenuari per lapidem osteocollam dragmæ ponderis quotidie sumtum, immo nocere non possit, si lapidis ejusdem pulvis commiseretur etiam cum emplastro, quo exteme imponitur.

Sed in ægroto nostro res longe alter se habuit, nam callus in indecoram molem ex crescet, quamobrem imposui emplastrum de ranis cunctis Mercurio & strictam ligaturam, ut scilicet emplastrum hoc particulæ qualidam calli ita attenuaret, ut avolarent & ligatura callum ita comprimeret ut novæ apponi non possent.

Atque ita finem imponam huic obsec

servationi , postquam dixero , quod
crus ægroti semper extensum jacere
jussi , & curam gessi , ut calx pedis
inniteretur pulvinari parvulo , in cuius
medio foramen erat , nam alias con-
tingere posset , sicut experientia testa-
tur , ut gangræna invaderet calcem ,
quia vasa & tubuli partium à longo de-
cubitu vehementer comprimuntur .

Reperiuntur nonnulli, qui in fractura tibiæ commendant viscosa, quæ ego, ut noxia; rejicio, quandoquidem in corpore se non exercente obstruktiones non parum augent, quæ econtra potius diminuendæ forent.

OBSERVATIO X.

De Dislocatione humeri.

Vir triginta duorum annorum, è curru prolapsus, passus est dislocationem in humero sinistro, sic ut caput ossis, in inferiorem partem prolapsum, causa foret ibidem alicujus eminentiæ, dum è contra in parte supè-

80 PRAXIS CHIRURGICA

riore deprehendebatur cavitas insolita;
æger conquerebatur de dolore satis va-
lido, nec manum per partem ante-
riorem ad frontem, nec per poste-
riorem ad collum movere valebat.

Os scilicet à sede sua prolapsum
periostrum, partesque comprimebant
vicinas, unde dolor, qui incremen-
tum capiebat ex eo, quod in tubuliss
partium compressis & distortis humo-
res stagnarent, acescerent, ac velli-
carent Fibrillas.

Motus brachii consuetus peragi non
poterat, quia caput ossis è cavitate pro-
pria propulsum, non gaudebat, ut an-
te, loco cavo, glabroque qualis acci-
motum ipsius obeundum requirebatur;
huc etiam faciebat, quod spiritus ani-
males, per tubulos ab humoribus stag-
nantibus obstructos & ab osse disloca-
to compressos, musculos intrare, eos
que inflare nequirent; huc tandem
accedit, quod motus fieri non possent,
quin caput ossis magis adhuc premere
partes conterminas, unde dolor dicitur.

novo exoriebatur, qui ad motum rite peragendum non parvum quoque afferebat obstaculum.

Ad ægrum vocatus os dislocatum mox reposui, statimque motus redibat, & dolor quidem aderat adhuc aliquis, quia humores acidi stagnantes Fibrillas adhuc aliquatenus irritabant, sed tamen valde diminutus erat, quia caput ossis jam in propria cavitate contentum non amplius comprimebat partes sensibles.

Osse reposito humores stagnantes per acidum temperantia dissolvere, ac circulationem humorum restituere studui, quare partem affectam lavi spiritu vini, in quo gummi ammoniacum dissolutum erat, & imposui emplastrum compositum ex dia palma, bolo, spiritu vini ac oleo camomillæ, tandemque, sub ala posito linteo in pilæ formam convoluto, adhibui idoneam ligaturam, sicque æger brevi temporis spatio sanatus est.

Petrus Pigræus, gallicus Author,

D 5

ac

82 PRAXIS CHIRURGICA

ac Chirurgus laude-dignus osse reposito commendat adstringentia , sed (pace tanti viri dictum sit) in hoc egregie fallitur , nam astringentia augent obstructions quæ potius essent minuendæ.

Paulus Barbette vult , ut influxus humorum hoc in casu prohibeatur , sed male , quoniam ille , utpote naturalis , prohiberi non debet . Vedit ille vir absque dubio partes vicinas in dislocatione non raro elevari in tumorem , observavit præterea per crebram experientiam , thus , mastichen , bolum , similiaque hunc tumorem fugare , & bene ; sed ubi judicavit tumorem hunc produci à solitò copiosiori influxu , & ubi secundum hoc præjudicium putavit medicamenta sua ideo juvare , quod influxum istum prohiberent , tunc , inquam , erravit , nam obstructions in causa sunt , ut humores coacerventur & in tumorem eleventur , ac aescant , dictaque medicamenta prosunt ex eo , quod obstructions tollant ac acidum temperent .

JAM

Jam locutus sum de dislocatione humeri subito contingente, restat adhuc alia tarde invadens, ac tardius adhuc sanabilis, cum scilicet à vi aliquâ externâ ligamenta humeri contunduntur, sic ut tubuli distorqueantur, unde humores per ligamenta circulantes, ibidem subsistunt, ac progressu temporis se insinuant in poros Fibrillarum, ex quibus ligamenta constant, eosque poros extendunt non secundum latitudinem sed secundum longitudinem ligamentorum, quia ligamenta, dum motus peragit, in longum sèpius extenduntur, atque ita ligamenta, quæ caput ossis alias in cavitate sua continebant, jam prolongantur adeo, ut os ex propria sede prolabatur.

Hæc dislocatio facile restituitur, sed os repositum difficillime retineri potest.

Medicamenta externa, quæ, osse in locum suum redacto, hic profundunt, sunt talia, quæ multo sale volatili constant, quod sal volatile particulas in

D. G. po-

84 PRAXIS CHIRURGICA

ris ligamentorum hærentes potest attenuare, ac ex poris ita propellere, & circulationem humorum restituere. Curatio autem facilior & brevior reddeatur, si externis medicamentis operam feramus per internum decoctum constans ex ligno guajaco, radice sarsæ parillæ, chinæ, aliisque medicamentis multo sale volatili gaudentibus.

Prima Observationum Chirurgicarum Decadis

F I N I S.

BICA
cordi &
ellere, &
are, Cu
e rede
s oper
ce con
finie pa
camenta

PRAXIS CHIRURGICA RATIONALIS

Seu

Observationes Chirurgicæ secundum
solida veræ Philosophiæ funda-
menta resolutæ,

A U T H O R E

JOANNE MUYS,

Medicinæ Doctore Arnhemienſi.

DECAS SECUNDA.

DIGES RECINDE

PRÆFATIO.

Plerorumque, qui de Chirurgia scripserunt, theoria prorsus inutilis est, ac praxis boni continet perparum, quapropter ego nanum operi admovi, mihiisque proposui totam Chirurgiam rationalem per particularium casuum historias absolvere; nam quicunque agunt de tumore, vulnere Sc. in genere, non tantum occupati videntur circa rem nullius momenti, quod adhuc aliquo modo tolerandum esset, sed circa rerum ens rationis, quod in rerum natura non reperitur; nam sicut datur hic aut ille homo quidem, non autem homo in genere, sic etiam hunc aut illum tumorem vel vulnus invenire licet, tumorem autem aut vulnus in genere quisquam in rerum natura offendit.

In

PRÆFATIO.

In prima Decade omne id, cā
ca quod Chirurgia plerunque vee
sari dicitur, attigi, agens ibidē
de tumore, vulnerē, ulcerē
fractura & dislocatione; in his
secunda Decade iterum non tra
ctabo, nisi casus particulares Chir
urgicos, quos mihi mea praxi
suppeditavit, in qua vel eo mi
mine non parum delector, quo
de die indiem mihi plura præbent
experimenta quæ mihi non pa
rum inserviunt ad id, ut majio
res majoresque quotidie in amae
no veræ ac solidæ philosophia
studio faciam progressus; accipio
igitur hanc secundam observati
onum mearum Chirurgicarum
Decadem, amice lector, ac plu
res in posterum exspecta.

Tuus
JOAN. MUYSS
Med. Dr.

DECADIS SECUNDÆ

OBSERVATIO I.

De punctura nervi.

Iuvenis viginti annorum, Chirurgiæ operam dans, novaculae mucrone læsit digitum indicem dictum manus finistræ circa medium articulum, unde dolor primo non adeo magnus, qui tamen sequenti luce in immensum exauctus est, ac præterea totum digitum invasit rubor, ardor ac intumescencia, cutisque pallida ac insensilis in locis vulnusculo vicinis separabatur.

Postquam phænomena hæc attento animo considerasssem, nervum à novacula læsum fuisse judicavi, unde primo quidem dolor non valde gravis exortus est.

Sed ob tubulos nervo vulnerato vicos & à vulnusculo interruptos humores, alias liberè circulantes circa vulnus substiterunt & acidi evaserunt, atque ita ab humoribus à tergo insequentibus propulsi sunt ad vulnusculum ner-

2 PRAXIS CHIRURGICA

vi, ubi, permisti cum spiritibus animalibus per nervum properantibus effervescentiam quandam concitauit ratione salis volatilis in spiritibus animalibus contenti, atque hoc pacto particulæ acidæ in magno fuit motu constitutæ Fibrillas nervi vulnerati laterum suorum acie egregie velicarunt, sicque dolorem illum gravem excitarunt, de quo mox locutus sum.

Humores autem acidi ita cum spiritibus animalibus effervescentes nontantum nervi fauciati Fibrillas irritarunt & agitaverunt, sed etiam Fibrillas partium vicinarum, imo totius fere digiti, unde tubuli multi distorti sunt ita, ut sanguis & humores in illis substiterint, & brevi mora naturam acidi assument, atque hinc facile deducitur rubor, ardor & tumor totius digiti, vel ejusdem inflammatio.

Eadem particulæ acidæ effervescentiam suam exercentes dissecabant prorsus illas Fibrillas, quæ cutim circa vul-

vulnus sitam cum parte subjecta con-
nectebant, atque ita cutis separabatur,
& quidem pallida & insensibilis, quia
æpius citatæ particulæ acidæ & scin-
lentes plurimas Fibrillas ipsam cutim
constituentes dissecuerunt, quæ in cin-
cinos resilientes tot & tam pertina-
entes obstrunctiones produxerunt, ut san-
guinis, humorum & spirituum circu-
atio per cutim in totum impedi-
tur.

Rebus itastantibus vulnus satis pe-
riculosum esse indicavi, ideoque ejus-
dem medelæ gnaviter esse incumber-
endum, quandoquidem ego jam dudum
videram militem gallicum, cui nervus
circa cubitum ab enfe leviter tantum
compunctus erat, & qui post longum
temporis progressum & multas supe-
ratas difficultates non sine summo la-
bore tandem pristinæ sanitati restitu-
tus est; imo vidi præterea rusticum,
cui nervus in femore à globulo plum-
beo per pulverem pyrium impulso vul-
neratus, excitatâ convulsione, brevi
post

4 PRAXIS CHIRURGICA
post vulnus inflictum tempore lethii
rus fuit.

Sæpius jam oleum therebinthi
cum oleo vitrioli acido miscueram
ac videram inde exurgentem effe-
vescentiam, imo senseram meis main-
bus manifestum satis calorem im-
productum in ampulla vitrea dictos
quores continente, atque hinc perf-
cili negotio intelligere potui, qua
egregie oleum therebinthinæ resisteret
acido, & per consequens quam bellè
conveniret in hoc nostro casu, quia
propter infudi in vulnus oleum there-
binthinæ, & quidem satis calidum, in
ita ipsius particulæ in majori motu pos-
sitæ facilius & altius penetrarent, at
que validius agerent ad acidum peccare
temperandum; imposui præterea em-
plastrum sticticum Paracelsi, quo
quoque temperat acidum, tandemque
toti digito, ac etiam manui cum lim-
teo dupli super imposui lavamentum
constans ex spiritu vini, aqua sambuci,
camphora & sale prunellæ; atque his
quo-

RATIONALIS.

5

uotidie bis iteratis, & cute à subjecta
arne jam separatâ per forficem su-
plata, juvenis noster brevi sanatus
st.

Sed interim notandum est, quod
alde industrius fuerim in aëre ambien-
te arcendo, quandoquidem ille aci-
um in se continet, quod vel ex eo
atet, quod lac coagulet, imo etiam
ossum sanguinem, qui extra vasa effu-
si brevi coagulatur ab aëre, cum idem
er aliquot dies in fluore solito per-
stere reperiatur, si in vasis alicujus
adaveris permaneat, ubi ab aëre im-
munitus est.

Ex dictis jam satis manifestum red-
ditur, cur dolor multominor sit in ner-
vo prorsus dissecto, quam in eo, qui
antum punctus aut alio modo leviter
iniciatus est, nam ubi nervus in totum
efficetur, una extremitas in hanc,
altera in illam partem retrahitur & à
arne absconditur, atque humor aci-
us in vulnere hærens & aër ambiens
nervum pervenire non potest.

• Cla-

6 PRAXIS CHIRURGICA

Clarissimus Sylvius dolorem ingremtem, aliaque phænomena in vulnere nervi occurrentia deducit ab alia lornca causa, quam ego, putat nempe, quod Fibrillis quibusdam in nervo dissectis reliquæ, integræ adhuc, tanto maius patiantur à tensione continuâ a spiritibus animalibus producta, atque hinc oriri dolorem, convulsionem, aliaque mala in talibus casibus non raro observata, sed pace tanti viri dictum si hæc causa mihi non arridet, quandoquidem ex ea deducere nequeo, quia cutis pallida & insensibilis à parte subiecta non raro separetur, imo illius causa repugnat experientiæ, quæ dolo puncturam nervi esse periculosiorern quam si nervus ad medium usque secessit, cum tamen in nervo, cuius dirudium dissectum est, multo plures fibrillæ dissecantur, quam in nervo prædicto, in quo saepe paucissimæ tantum Fibrillæ lœduntur; sed certum est, quod ipse Sylvius sibi persuaserit, ratione suam non sufficere, quandoquidem

cit in eodem capite xxij. lib: ij. quod phænomena in punctura nervi se exhibentia, illi videantur somnio similiora, quam observationi alicui per sensus factæ.

Ut igitur tandem hanc observationem finiam, dico, quod in vulnere nervi peccet acidum, & quod talia oporteat adhibere medicamenta, quæ acidum infringunt, atque hac de causa commendatur etiam oleum ceræ & cerasum aurium; acida vero hic exulare debent, quod etiam observavit Felix Platerus, qui in libro observationum pag. 468. dicit acidum nervoso generi valde esse inimicum.

OBSERVATIO. II.

De Dolore capitinis.

Vir annos natus quadraginta & duos dolore capitinis vexabatur acerbissimo, & quidem tantum circa tempus unius lateris, ubi fixus permanebat, quem si quis hac de causa clayi nomine insig-

8 PRAXIS CHIRURGICA

signire vellet , per me liceret.

Causam hujus doloris esse judicat
humorem acido-corrosivum ibidem
tis profunde delitescentem & stagnan-
tem propter obstructionem valde pene-
tinacem.

Aderat Medicinæ studiosus , qui si
persuadebat hujus affectus curam opot-
mè perfici posse sudoriferis , quod esse
tamen propter pertinaciam obstructio-
nis in hoc morbo æque impossibile cer-
sebam , quam in panaritio , quod tamen
men nunquam audivi per sudoriferum
fuisse sanatum , quamvis itidem ortu
suum debeat humoris acido-corrosivo
nam valde parva sudoriferi pars est , qui
ad partem dolentem pervenit.

Ego igitur parti affectæ potius im-
posui pulverem Cantharidum cum pro-
pria saliva efformatum in vesicatorium
circa vesperam , & per noctem reli-
qui.

Clarissimus Sylvius Cantharidib[us] addit
acetum , putans exinde oriri fer-
mentationem quandam , & sic vesica

torium melius operari, imo doctissimus Willisius plerisque vesicatoriorum formulis etiam adjungit acida, quod & ego saepius secutus sum, sed toties, etiam post integrum totius diei intervallum, nullam vesiculam à Cantharidibus excitatam fuisse observavi, quoties illas miscueram cum aceto, hac scilicet de causa, quod ab aceto sal volatile Cantharidum enervetur, in quo tamen præcipua earundem virtus consistit.

Sequenti die adveniens vesicam ingenitem à Cantharidibus productam conspexi, & ex ægro, dolorem prorsus abiisse, intellexi.

Dolorem autem illum ob vesicam, & propter aquam ex eadem aperta promanantem, sublatum fuisse, minime mihi persuadeo, nam aqua profluens nec acris gustabatur, nec talis esse poterat, quandoquidem alias ante vesicæ apertione subjectæ cuti liquem intulisset dolorem quod tamen non fecit, licet cutis epidernide oc modo sublatâ, satis sensilis sit, ut

E pa-

10 PRAXIS CHIRURGICA

patet ex eo, quod ab aëre ambienti
non raro lædatur & dolorem sem
tiat.

Sed quidnam ergo fuit, quod d
lorem illum sustulit? sal volatile Carn
tharidum, quod, à vaporibus ex cunctis
egredientibus in motum satis celerem
concitatum, pervenit usque ad humor
rem acidocorrosivum, eumque tem
peravit & incidit, ac obstructionem
sustulit.

Verum unde tunc vesica suam trax
originem? dicam; interea temporis
dum particulae Cantharidum volatili
res satis alte penetrabant ad humores
peccantem corrigendum, aliæ crassiori
& acriores circa cutim subsistebant,
qua Fibrillas quasdam diffingebant
quæ in cincinnos resilientes tubulos
obstribant, ut humores, in circulati
ne aliqua ex parte impediti, colligere
tut in superficie cutis ac cuticulam ei
varent in formam vesicæ, quod fac
contingere potuit, quia Fibrillæ, q
cutim cum cuticula jungebant, j

disruptæ erant à particulis crassioribus
& acrioribus Cantharidum citatis.

Atqui aliquis dicet hic fortasse, quod aqua illa ibidem congregari non debuisset, sed potius foras egredi per poros cuticulæ, per quos sudorem jam sæpe promanare videmus, cui respondeo, particulas crassissimas Cantharidum mansisse & hæsisse circa cuticulam, ejusque poros valde constricti, quod nemini mirum videbitur, qui vel semel in vita vidit, quam facile ignis calore membranæ possint corrugari, & quod ignis communis, qui membranas ita corrugat, etiam aliquando excitet vesiculas, prorsus similes illis, qui à Cantharidibus producuntur; quia autem pori cuticulæ ita constricti sunt, ideo vapores alias libere exhalantes accumulantur, augentque copiam humoris in vesica contenti.

Siquis tandem, ratiocinio nostro nondum plane convictus, credat tam diu Canthrides ob vesiculas excitatas iuvare, donec probati alicujus scrip-

12 PRAXIS CHIRURGICA

coris autoritate flectatur, illum adiun-
jubeo Lazarum Riverium, qui centu-
ria III, Observ: XIV. refert, quo
vesicatorium dolorem à punctura apri-
celictum intra quandrantem horæ abe-
gerit omnino, vesicis non excitatis olo-
moram exiguum.

Franciscus Redi in tractatu de inse-
ctis affirmat, se vidisse humorem ali-
bicantem & absque dubio acido-corro-
sivum, ex aculeis scorpionum pro-
fluentem, & talem humorem in
puncturis apum ex earum aculeis
itidem promanare valde verosimili-
videtur, qui doloris causa existat, unde
de jam manifestum redditur, quod dico
lor, de quo Riverius loquitur, evanuit
quia humor acidus, qui ex apis acu-
leo profluxerat & dolorem excitabat
temperabatur à sale volatili Cantharti-
dum.

Apum autem aculeos cavos esse nee-
mo mirabitur, qui unquam vidi tu-
bulos vitreos arte confectos, quibus
utuntur ad sanguinem, aliosque liquo-

res per microscopium examinandos & conspiciendos , quandoquidem illicet pilo tenuiores sint , cavitate tamen aliqua donantur.

OBSERVATIO III.

De contractura tendinis post fracturam ossis humeri.

Iuvenis duos & viginti annos natus brachium inflexum & rigidum post fracturam ossis humeri sanatam extenderem non potuit.

Causa hujus mali remotior fuit incuria Chirurgi , qui brachium per quinque aut sex septimanas reliquit incurvatum , cum potius illud singulis vici bus , quibus fracturam religabat , aliquoties extendere debuisset , ad quod in praxi exercenda bene attendendum est.

Hoc autem ideo mirum non est , cum quotidie videamus arcum , qui aliquandiu remansit incurvatus , non resiliere ; imo quis non aliquando in semet

14 PRAXIS CHIRURGICA

ipso expertus est, quam difficulter im-
cedere atque pedes extendere possent
postquam per unicum tantum diem in-
curru confedisset immotus.

Verum enim vero quandoquidem
hæc comparatio rem nondum fatti
illustrat, ejusdem causam paulo altius
hic investigare animus est.

Ubi scilicet brachium incurvabatur
circa cubitum, tendo musculi bicipi-
tis cubitum flectentis contrahebatum
(quod autem hic dicitur de tendim
musculi bicipitis, de aliis muscularum
cubitum flectentium tendinibus etiam
intelligi potest) atque ita pori Fibrilla-
rum, ex quibus tendo constat, prius re-
tundi, mutabantur in ovales, sic ut ma-
jor pororum diameter respiceret latitu-
dinem Fibrillarum.

Interim humores ex poris arteria-
rum egressi, qui prius ob motum sæpius
institutum libere circulationem suam
perficiebant, jam ob quietem aliquat-
rus subsistebant in tendine, imo bice-
vi temporis intervallo particulæ qua-
da

dam satis crassæ eorum humorum sese insinuarunt profunde in poros illos ova-les Fibrillarum, eosque in oblonga illa figura conservabant atque confir-mabant, imo progressu temporis citatæ particulæ tam pertinaciter inhæse-runt poris mox nominatis, ut vix ac-ne vix quidem illas expellere liceret, atque hinc tendo musculi bicipitis fie-bat brevior, non aliter videmus fu-nem, pannosque novos aqua con-spersos fieri breviores.

Hinc etiam tendo dictus apparebat durus & rigidus; atque ita satis liqui-do constare existimo, cur brachium extendi non potuerit; nam musculi brachium extendentes munus suum obire non possunt, quin prius contra-hantur, nequeunt autem contrahi, quin tendo bicipitis cum suo musculo à contractione incipiat cessare, hoc vero impossibile erat ob poros Fibrillarum, ex quibus tendo conflatus erat, à par-ticulis dictis obsecros.

Causa hujus phænomeni hoc pacto

E 4

in-

16 PRAXIS CHIRURGICA

investigatâ modus curandi non diffi-
cili fuit inventu ; scilicet particula
poros obstruentes expellere oportebat
quam obrem usurpavi fomentum ee
vino , cui herbæ , aliaque multo sail
volatili constantia incocta erant , aa
deinde applicabam emplastrum de rra
nis cum Mercurio , & postquam pœ
aliquot dies illud continuassem , ægrum
aliquoties pondus aliquod manu gee
stare jussi , ut ita particulæ in poris ob
structis hærentes , ac per prædicta medi
camenta maceratae aliquo modo (bel
gice *los geweyckt*) vi quadam ejicee
rentur , atque ita æger brevi tempco
ris spatio pristinam sanitatem recupe
ravit.

OBSERVATIO IV.

De vena Secta.

Vir triginta sex annorum venam in
flexura brachii sibi jusslerat seca-
ri , sequenti die unciæ aliquot hu-
moris limpidi ex venæ vulnusculo pro-
fluexx

fluxerant, ac per aliquot dies idem perseverabat continuò effluxus, atque interea brachium nec dolebat, nec rubebat; rarum sane phænomenum, quod in tota praxi mihi nunquam contigisse memini.

Scilicet forte vasculum aliquod lymphaticum supra venam secundam jacebat, quod in venæ sectione sauciatum, ac à particulis quibusdam circa vulnusculum stagnantibus & acescentibus irritatum, leviterque continuo convulsum hanc humoris lymphidi copiam emittebat.

Ego acidum circa vasculum Lymphaticum peccans temperavi oleo thereibinthinæ calide infuso, & sic aper turam coalescere, & humorem lymphidum brevi subsistere vel potius per naturalem viam iterum circulare coegeri.

Præterea novi quendam in Chirurgia Tyronem, qui in sectione medianæ subjectum tendinem pupugit, unde dolor, rubor, iisque sanatis

E 5 tan-

18 PRAXIS CHIRURGICA

tandem affuit contractura tendinis musculi bicipitis tanta, ut brachium iam per longum tempus incurvatum aegrota minime posset extendi; cuius mali curationem Patiens consequitata fuit haud aliter, quam in praegressa dixi observatione.

Scilicet humores aliqui stagnantes aesccebant circa tendinem vulneratum, eumque irritando, spiritus animales majori solito copia influere faciebant, unde tendo cum annexo musculo contrahebatur, & brachium incurvabatur, quod postea ita mansit inflexum ob particulas quasdam, quæ poros Fibrillarum in tendine eodem modo obstruxerunt, quem fusius explicui in observatione præcedente.

Dolor autem ruborque, qui tendinis puncturam non raro comitantur, eandem causam & medelam agnoscunt, quam in punctura nervi proposui.

Plerique Chirurgi, ubi sanguinem crassum evacuare volunt, majorem pla-

plagam infligunt venæ , minorem verò , quand ipsis animus est , emittere sanguinem subtiliorem , sed male; nam si crassæ sanguinis particulæ satis accuratè cum tenuibus mixtæ per arterias , venasque capillares circulare queant , nonne sole meridiano clarius est , quod vulnuscum tam exiguum in Venæ-sectione fieri non posse , ex quo cum subtiliori sanguine non itidem expellatur ille qui crassior existit ? Quod acutissimus Bayle bene animadvertis.

Clatissimus Dominus Leeuwenhoeck per microscopium detexit , sanguinem humanum constare ex globulis rubris in humore crystallino natantibus , qui ubi sanguis post Venæ-sectionem in vasculo exceptus coagulatur , motu suo amissio , descenderent ad fundum , humore crystallino , per quem sparsi prius movebantur , supernatante.

Mirum certe inventum , nec injucundum quoque , sed in praxi Medica

20 PRAXIS CHIRURGICA

nullius usus , nam qui ex hoc fundamento Febrium , aliorumque morborum causas & medelas cruere ac deducere conantur , garrire mihi videntur omne inque operam perdere , qui , attenderent potius ad acidum , saltem amarum , dulce , aliaque in sanguine sine controversia contenta , absquo dubio multo majorem in sanandis ægris utilitatem inde perciperent.

Multi Authores volunt ut cephalica potius , quam Mediana aut Basilica aperiatur , sed perperam , quandoquidem ego saepius expertus sum , illam facile ex loco proprio recedere , atque ita , dum secatur , plagam intentatam effugere.

Sæpius observavi in pinguibus venam statim post ligaturam injectam satis esse tumidam & manifestam , eandem , vero nisi mox aperiatur , ex conspectu evanescere , dum scilicet sanguis pinguedinem subiectam & facile recentem deorsum premit , ut ita , non obstante ligatura , venam iterum libere permeat.

Cum

Cum vena satis occlusa videbatur, non raro sanguinem inde magno impetu iterum profluentem conspexi post sectionem venæ, & quidem nulla alia de causa, quam quod ligaturam & linteum comprimens imponerent prius, & post brachium incurvarent, nam hoc pacto labia vulnusculi, quæ prius in extenso brachio erant conjuncta, iterum à se invicem dihiscunt, dum brachium inflectitur.

Sæpe lividitas aliqua post venæ-sectionem reliqua reperitur, cuius causa non raro est malus usus aceti, quo linteum comprimens, quod aperturæ venæ imponitur, imbuitur, quandoquidem satis manifestum est sanguinem ab acido coagulari, lividumque ac nigricantem colorem nancisci.

Antequam finiam addendum restat consilium Petri Pigræi, ut inde, si possibile sit, fructum adhuc aliquem eliciamus.

Præcipit Clarissimus ac dexterimus

E 7

ille

22 PRAXIS CHIRURGICA

ille Chirurgus , ut post Venæ-sectiō
nem apertura illinatur oleo quodam
si animus sit eodem die ex eodem forra
mine absque nova apertura iterum sa
guinem educere.

Si autem oleum impedit aliquarn
diu , ne vulnusculum venæ rufus coa
lescat , vides , quam male agant illi
qui olea adhibent in vulneribus , id
que non aliam ob causam , quam quia
illud à Magistris suis fieri conspexer
unt , ut oleum hyperici ex: gr: , nam
hyperticum proxit vulneribus ob salem
suum volatilem acidum peccans tem
perantem , cur tincturam hyperici non
potius extrahunt per spiritum vini , in
quem salem suum volatilem multo
facilius & copiosius transferet , quām
in oleum , quod vulneribus nocet , quia
poros & tubulos obstruendo , sanguini
nis & humorum circulationem siccit ,
cum tamen illa potius promovenda sit ,
ad quod non parum valet spiritus vini ,
quoniam egregie temperat acidum ,
quod sanguinem & humores in vulne
ri-

ribus plerunque coagulat, & circula-
tioni ineptos reddit; sed ne nimis pro-
lixus videar, huic observationi finem
imponam.

OBSERVATIO V.

De Crepitu tendinis.

Fœmina quadraginta trium annorum post solito majorem laborem in manu dextra passa fuit impotentiam ad motum, tumorem & dolorem; ac tendo in manu situs, cum dígito premebaratur, sonitum edebat.

Est hic affectus, qui in praxi non raro occurrit, quamvis à nullo, quod sciam, hactenus tractatus sit, quam obrem ego eundem crepitum tendinis appellabo.

Ab insueto scilicet labore Fibrillæ tendinis distorquebantur ita, ut humores in circulatione impediti ibidem subsisterent & coagularentur, unde motus impotentia, tumor, dolor ac tendinis crepitus facillime deducitur.

Me-

24 PRAXIS CHIRURGICA

Metuebam, ne humores intendi stagnantes indies magis magisque coagularentur, & sic exoriretur tumour qui Ganglii nomine plerisque nomen est.

Imo formidabam præterea, ne particulae quædam humorum subsistentium reciperentur intra poros Fibularum tendinem componentium, eoque obstruerent ita, ut in Observatiōne tertia hujus Decadis requiri ostendimus ad contracturam & rigiditatem tendinis inducendam.

Quapropter manum medicam modi adhibendam esse censens, spiritum viri accendi curavi hoc pacto, ut vapor inde exurgens totam manum affectans circumvolitaret, hocque peracto imponi jussi emplastrum de ranis cum Mercurio, atque ita humores coagulati dissoluti, obstructionesque sublatæ sunt ac ægrota paucis interjectis diebus in totum pristinæ sanitati restituta fuit.

OEB

OBSERVATIO. VI.

*De hæmorrhagia ex ulcere tibiæ
varicoso.*

Fœminæ quadraginta annorum ulcus
in tibia dextra exortum est a causa
interna supra varicem satis amplum,
quod nullis remediis obtemperabat,
aderatque tumor & erysipelas satis gra-
ve nullis medicamentis morem gerens.

Post aliquot dies inopinato ab hu-
more acido-corrosivo illic hærente
apertus est varix, ex quo ad minimum
duæ libræ sanguinis nigricantis ac (ut
astantes asseverabant) in effluxu valde
fætentis promanaverunt.

Ego placentam illam duriusculam
ex medicamentis acidum temperanti-
bus conflatam, quam in Observatio-
ne sexta primæ Decadis laudavi, à
Chirurgo imponi curavi, & sic vari-
cem non tantum obturavi, verum etiam
acidum illud in ulcere hærens tem-
peravi, quod aliæ corrosione sua va-
ricem

26 PRAXIS CHIRURGICA.

ricem facile iterum aperuisset, ac præc
terea ulceris curationem impedivis
set.

Erat visu mirabile, quod, postquam
varix inexpectato apertus tantam sa
guinis copiam profuderat, erysipelas
aliaque symptomata mox evanuerint
& ulcus, de die indiem melius habens
intra tres septimanas solius prædicti
placentulæ ope prorsus coáluerit.

Ego jam temporis minime mihi
proposui originem ac medelam varicis
ulceris, ac erysipelatis tradere, quam
doquidem illud in Observatione sexta
primæ Decadis satis accurate execu
tus sum, & mihi semper, si cuiquam
alii, crambe bis cocta mors est.

Sed animus mihi est hic loci per ex
perientiam confirmare, quod dixi &
egi in primæ Decadis observatione sex
ta, quam indubitatum nempe sit eryssi
pelas ac ulcus originem suam trahere ab
acido, & quam opportune instituerint
fectionem varicis in ulcere illo tibiæ va
ricoso.

Hæc

Hæc autem sine ullo negotio ex al-
lato exemplo deducuntur , nam nec
erysipelas nec ulcus ullis remediis cede-
bat , quamdiu varix ille tanta nigrican-
tis & absque dubio morâ suâ acescentis
sanguinis copia repletus erat , & quam
primum sanguis ille peccans effluxerat ,
erysipelas evanuit , ulcusque non longo
post coaluit.

OBSERVATIO. VII.

De ingenti contusione brachii.

Matrona quinquaginta sex anno-
rum post lapsum ab alto conque-
rebatur de ineptitudine ad motum &
summo dolore brachii sinistri , quod
valde intumefactum apparebat , quam-
vis ejusdem cum cute sana esset co-
loris. Ex pulsu sanguinis motum foli-
tò concitatiorem animadvertebam ob
terrorem scilicet , quem Patiens ex lap-
su conceperat.

Postquam accurate satis causam hu-
jus

28 PRAXIS CHIRURGICAL

ius mali per totam brachii longitudinem inquisivimus, tandem nec fracturam nec dislocationem adesse animus vertimus, sed summam contusionem toties brachii, sic ut multum sanguinis extravasati, ut & humorum in tubo brachii à contusione distortis hærcium stagnaret, & brevi post acescere unde motus imbecillitas, tumor & dolor haud difficulter deduci potest.

Plerique ad sanguinis motum placitorem reddendum hic statim venae secassent, cum tamen ego econtra omissa venæsectione, tincturam am dynam ex opio aliisque paratam ægri propinaverim, quæ multo securius majori cum utilitate sanguinis motu diminuit.

Post aliquot horarum intervallorum ægrotæ exhibui pulverem sudoriferum simulque acidum sanguinis extravasatum & humorum stagnantium temperare speris cum commodo iteravi; constabat autem ex antimonio diaphoretico, oculi

is cancerorum præparatis , sale prunellæ
antimoniato , aliisque ; atque hinc do-
elle animal non parum remisit de sua vehemen-
tia , & sanguis extravasatus propulsus
fuit usque ad cutim , quæ tunc per to-
tum brachium ab humero usque ad di-
gitos egregie livescebat , imo nigrica-
vata erat.

Chirurgi , qui mecum aderant , in-
vitato vito me , in principio brachium totum
inungebant oleo rosarum , quod non
tam nocet propter rosas , quam propter
oleum olivarum , nam licet hoc aliquid
boni præstare possit , tamen prodesse
nequirit , nisi perveniret usque ad eum
locum , ubi sanguis extravasatus & hu-
mores stagnantes jacent , eò autem per-
venire non potest nisi sub forma hal-
lum , calor autem nostrorum corpo-
rum impotens est ad oleum olivarum in-
halitus convertendum , quandoquidem
ignis satis vehemens ex ligno & cespiti-
bus constructus debilior est , quam
particulas olei olivarum ollæ inditi
ad formam habituum redigere possit .

Tantum

30 PRAXIS CHIRURGICA

Tantum autem abest, quod oleo
olivarum prodeisset, ut contra id, q[uod]
supposui, potius obesset, quoniam
particulis suis ramosis obstructione
augeret, ac ita efficeret, ut sanguis
humores adhuc magis stagnarent,
præterea, poros cutis claudendo, impedi-
rebat, ne alia medicamenta ad locum
debitum pertingerent.

Si rosæ communes frigidæ forent
ut plerique sentiunt, easdem hic
iicerem, sed quia ex amaritie & perni-
trante earundem odore contrarium p[otes]t
tius colligi debet ab illis, qui, sepp[ec]-
sitis suis præjudiciis, non tam vesti-
stateim, quam veritatem sequuntur.
ideo oleum rosarum improbo hoc
casu ob oleum olivarum non autem
ob admixtas rosarum particulas nco-
nullas.

Iidem Chirurgi, brachio toto oleo
rosarum inuncto, imposuerunt enim
plastrum illud defensivum, cuius descrip-
tionem exhibet.

Pharmacopæa Ultrajectina, quod
q[uod]

quidem hic non prorsus rejicio, quia continet multa ingredientia acidum temperantia, qualia sunt bolus, terra sigillata, lithargyrium, aliaque; sed quorsum baccæ myrthi, oleum myrthinum & vinum rubrum austерum? illa sane poros cutis astringunt, atque ita aliis idoneis ingredientibus viam penetrandi ad partem affectam prorsus præcludunt.

Ratiocinium autem meum experientia brevi confirmavit, cum pustulæ multæ per totum brachium dispersæ in conspectum veniebant.

Quamobrem ego sequens lavamentum præscripsi, quod in locum olei ac emplastri substitui, utpote acido egrege resistens & per consequens sanguinem & humores coagulatos optime dissolvens.

R. Rad: ireos.

calami aromat.

bryon: ἄα ȝβ.

Herb: rorismas,

betonicæ

Sal-

32 PRAXIS CHIRURGICAN

Salvia àā Mß.

Baccar: juniperi

Lauri àā 3ij.

Coque in vase bene clauso cum viii
gallico , ac *Colat: etij.* adde

Gumm: ammon: 3ij.

Salis tartari 3i.

M. F. Lavamentum.

Atque ita pustulæ evanescebanit
dolor diminuebatur , motusque pa-
latim redibat , ac lividus color mut-
batur in croceum.

Deinde , volentibus Chirurgis ,
mutarentur medicamenta , loco em-
plastri defensivi , quod illi iterum pro-
ponebant , præscripsi suffitum acidum
temperantem & constantem ex bacco
lauri , juniperi , thure , mastiche , myrra
aliisque , nam si hæc posteriora juvant
prædicto emplastro , ubi à sevo & cer-
ligata jacent , multo magis proderunt
ubi sub forma sumi brachium ex supoe-
riore parte coniectum circumvolitanit
& ab igne non parum agitata poros bra-
chii à calore satis apertos ingrediuntur

Tandem

Tandem spiritum vini accendi jussi, cuius vapor ad brachium ascendens & per poros intrans acidum, quod sanguinem & humores non parum coagulaverat, infringebat, atque ita Patiens sanata fuit, dolore ac flavedine sublata, & motu brachii restituto.

Certissime mihi persuadeo, quod contusio non tam magna fuisset, si in brachio ægrotæ affuisset fractura ossis; nam illud tunc, cum frangitur, recedit, nec contundit amplius, sed ubi os integrum manet & per consequens ob duritiem suam resistit egregie, ac ubi ab altera parte adest corpus solidum contundens, tunc caro intermedia non aliter utrinque premitur, quam si sub prælo posita foret, atque ita mirum in modum contunditur.

Atque hoc est, quod praxis quotidiana confirmat, in qua saepius videre mihi licuit, contusionem, osse fracto, multo minorem esse, quam eodem ilæso remanente.

Formidabam, ne sanguis extravasa-

F tus

34 PRAXIS CHIRURGICA

tus adeo coagularetur, ut postea dissecari non posset, & sic tam acidus & corrosivus tandem evaderet, ut partes vicinas inficeret gangræna; nam non iunxit pridem ad Juvenem vocatus sum, quia tibiam valde contusam per octiduum neglexerat, quo demum tempore eggredi adveni, & tunc coactus fui partem contusam scalpello aperire, & eximere multa satis magna frusta sanguinis valde coagulati, nigri & putrescentis, quae cavitatem, in qua continebatur, jam aliquatenus infecerat gangrænam, quam tamen lotione per spiritum vini & inspersione pulveris myrrhae, aloësque brevi sustuli.

OBSERVATIO VIIIL

De Ganglio in manu.

Adolescens sedecim annos natum conquerebatur de tumore durissimo indolenteque, qui, in superna manu dextræ parte situs, mole sua nucellam avellanam adæquabat, eratque ejusdeme

CLX

cum cute sana coloris; atque jam tertius imensis erat, ex quo æger post laborem consueto majorem hoc malo affectus est.

Jacebat nempe tendo in superna manus parte, cuius tubuli ab insueto labore ita distorquebantur, ut humores, in circulatione multas obstruktiones pro obstaculo offendentes, stagnarent in tubulis tendinibus, tandemque ab humoribus à tergo insequentibus propellerentur usque ad membranam illam, quæ tendinem investit, ubi, efformatâ sibi cavitate, colligebantur & concrescabant aliquatenus particulæ viscosiores, tenuioribus interim abeuntibus, & sic exortus est tumor, de quo hic ago, & qui ganglii nomine à plerisque appellatur.

Ego pollice manus meæ tumorem hunc valide satis compressi, eumque hoc pacto extemplo evanescere vidi, dum scilicet vi compressionis humores tumorem constituentes protrudebantur iterum quaquaversum per tubulos

36 PRAXIS CHIRURGICA

tendinis ; sed quia obstrunctiones nondum sublatæ erant , ideo recidivæ formidine tenebar , quapropter ad humores viscosas attenuandos & obstrunctiones reliquas tollendas imposui emplastrum de ranis cum Mercurio , strictam satis ligaturam , quæ impediebat , ne humores viscosi in consueta cawitate iterum , ut ante , congregarentur .

Sed ubi tumor hic jam per aliquos annos duravit , tunc à pollice comprimente tolli non potest , sed adhibenda est ferula lignea , non differens illa , quâ præceptores in castigatione pueris utuntur , nisi quod plumbi pectio in illius medio infusa jaceat ; & talis ferulæ unico ictu , ægroti facie manu affecta in dorsum aversâ , processus evanescere vidi ganglion , quod per quadriennium patientem vexaverat , cuius medela tunc brevi per emplastrum hic citatum & strictam ligaturam absoluta fuit .

OBSERVATIO IX.

De globulo mobili inferioris labii.

J uenis viginti tres annos habens ostendebat mihi in labio inferiori tumorem rotundum, mobilem, parum dolentem, sed interea tamen satis molestum mole sua, quæ aequalis erat globulis illis, quos pueruli in lusibus suis abhibere solent; color à reliquo labio non differebat.

Patiens ante trimestre spatium labium inferius suis dentibus momoraderat, & ab illo tempore animadvertisit hunc tumorem.

Jam temporis nemo fere est, qui nesciat, quam multæ exiguæ glandulae non tantum per reliquas oris partes, sed etiam per labium inferius disseminentur, quarum una sine dubio à morsu læsa fuit ita, ut humores ex arteriola egressi, in glandula, occluso exitu, substiterint, & sic glandula hæc parva in tantum tumorem excre-

vit, quantum in hac Observatione
mox exhibui.

Quamvis hic tumor in praxi sa-
pius occurrat, tamen neminem novi-
qui ipsius causam explicuit, & unum
tantum, qui ejusdem curam exempli
proponit, nempe Jobum van Mee-
keren Chirurgum Amstelodamensem
qui, nisi mea fallat memoria, hu-
affectui nomen indit, quod belgice sic
nat *een steen-knoop*.

Sed quid miraris? num putas im-
possibile, glandulam tam exiguam a
talem magnitudinem posse pervenire?
perpende, quæso, quantum unius
ejusdem uteri magnitudo differat
virgine & parturiente; perlege dis-
tationem, quam Clarissimus Dominus
Joannes Munnicks, Professor Ultra-
jectinus, anno 1678. die 20 Novem-
ber publice ventilandam proposuit, in qua
narrat, virginis alicujus tubam uteri
nam tam late extensam fuisse, ut cer-
tum & duodecim aqua libras contine-
ret.

See

Sed quid hæres? oportet, ut afferam adhuc unum experimentum, quod ad rem propositam proprius accedit; ego nempe, ubi à frigore supra modum læsus eram, non raro glandulas circa collum, quas in statu sanitatis tactu reperire non possum, in tantam molem excrescere animadverti, ut ovum columbinum superarent.

Ut tandem ad curam properem, dico, quod medicamenta hic loci commode applicari vel retineri nequeant, ideoque sectione scalPELLi simul & semel totum tumorem sustuli, vulnusque relictum solo melle rofarum sanavi,

OBSERVATIO X.

*De affectu oris apud nostrates vulgo
nuncupato de Water-kaneker.*

Puerulum biennem, qui iam per tres integratos menses quartanâ laboraverat, non ita pridem invisi, ac inter eisdem labium superius & gingivam inveni ulcus, quod ante quatriiduum

40 PRAXIS CHIRURGICA

initium suum ceperat, satis alte
sum vergens, cavum, durum, dole-
nigricans & grave-olens.

Hujus nempe ægrotuli sanguis à
bo potuque acido & acescente, nec m
à quartana diurna, multo, quam p
est, evasit acidior, atque ita non t
alibi substitut, quam inter labium i
perius & gingivam, quia sanguis & h
mores ibi facile coagulantur ab aëre f
gido per inspirationem admisso, m
non à reliquis cibi inter dentes hære
tibus, atque morâ suâ acorem contri
hentibus.

Sanguis autem & humores stagnan
do tandem valde corrosivi evaserunt
& sic Fibrillas labii & gingivæ non ta
tum vellicarunt valde, sed earum mu
tas disruperunt etiam, atque hoc p
cto exortum est ulcus altum, cavum
durum, dolensque.

Ut autem nigroris mox adducti ra
tionem eò felicius investigemus, pri
referre libet, quod non ita pridem fru
stulum linteï candidi per microscopium
meum

meum conspexerim, & quod singulæ Fibrillæ, ex quibus fila contorta erant, glaciei instar pellucidæ apparerent, sed unumquodque filum ex pellucidis istis Fibrillis conflatum album cernebatur, non aliter ac aqua apparet quidem pellucida, sed spuma alba, quæ constat ex multis aquæ superficiebus sibi invicem ita superpositis, ut multum aëris interjaceat.

Cum autem linteum hoc combusseram, non tantum tota fila, sed singulæ eorundem Fibrillæ oculo meo microscopio armato colorem nigrum offerebant, quia nimirum pori in linteo à vi ignis valde distorti sunt, & particulæ multæ sub forma fumi ex linteo avolarunt, sic ut radii solares in poris illis suffocati ad oculum meum non reflecterentur.

Et quod ignis in linteo effecit, hoc particulæ acido-corrosivæ præstiterunt in ulcere, dum Fibrillas disrumpabant, illarumque poros aliter figurabant & mutabant, imo multas particulas ex ul-

42 PRAXIS CHIRURGICAL

cere sub forma vaporis avolare cooperant, ut manifestum erat ex fætore.

Ut autem multis mirandi causis præripiam, quod acidum ad nigritatem inducendam concurrere scribam, vnde ut conspiciant, quam bonum atramentum ex decocto gallarum conficiatur cum aceto, in quo limatura chalybea prius infusa fuit; aut saltem malum trium cultello dissecent, nam tunc in cultellum egregie nigrescere videbuntur.

Sola igitur ulceris graveolentia hoc enodanda supereft; ac ut prædicta comparatio hic loci mihi iterum inserviat, unumquemque olfacere jubeo gratum odorem, qui in combustione lintei nostras nares plerunque ferunt nam quod agit ignis respectu lintea idem operatur humor acido-corrosivus ulceris respectu, dum salis volatilis (quod magnâ copiâ in statu sanitatis continetur in partibus corporis humani, aliorumque animalium, ut deflatione docet) multas particulas corruptit, illarum figuras immutat, ac

eadem, solutis vinculis, quibus prius alligabantur, avolare facit, quo tempore cum aëre, quibus se miscent, in nares propulæ fibrillas nervorum olfactui inservientium nimio tremore agitant, & sic animæ graveolentis odo-
ris conceptus exhibetur.

Phœnomenis hujus morbi in praxi tam sæpe occurrentis, & a nemine, quod sciam, hactenus bene dilucidati perspicue satis explicatis, mihi perinde erit, an cum Hildano gangræna, cum Carolo Batto cancer, an vero cum Cornelio vander Voorden dicatur ulcus noma, quandoquidem ego meras illas quæstiones de nomine parum admodum moror, qui nihil capto nisi res.

Hoc autum malum celerrime proserpit & brevi ægrum jugulare potis est, sicut ego ante duos menses expertus sum in puella quatuor annorum, quæ quinto post morbi invasionem die ad me deportata fuit, adeo deformis, ut homini vix similis videretur, nam dimidia nasi, & quarta linguæ pars jam ab-

44 PRAXIS CHIRURGICA.

absumta erat , ac mala sinistra lapiis
instar dura , magnoque foramine poe
forata , unde intra quatriiduum ju
meam prognosin obiit.

His igitur sedato animo pondera
sequens unguentum acido-corrossi
resistens præscripsi :

R: Theriac: 3iiij.

Ung: ægyptiac: 3iij.

Gum: lacce

Spir: salis armon. 2*aa* E
cochlear: 3ij.

M. F. ung:

quo cum pauculo spiritus vini mixto
lide quotidie lavabatur sexies pars affi
cta , eique imponebantur linteal carpi
eodem medicamento imbuta , atcq
hoc solo remedio non tantum hu
puerulum , sed etiam plures alios feli
ter ac intra breve tempus sanavi.

Secunda decadis.

F I N I S.

John

